# GALENO ASCRIPTVS LIB. DE MEDICINIS FACILE PARABILIBVS AD SOLONEM MEDICORVM PRINCIPEM,

Iunio Paulo Craſſo Patauino interprete.

CENSVRA.

*Liber, cuiuſcunq; is fuerit, non omnino inutilis.*

GALENVS CLAVDIANO SOLONI ARCHIATRO S.

Ex tralatione veteri.

QVia petiiſti vt de facile acquiſibilibus tibi ſcriberem, Solon dilectiſſime, gratum eſſe putaui, quæ mihi per experientiam cognita ſunt, ſcribere, & tibi mittere, à capillis vſq; ad pedes procedens, vt homo faciliter poſſit ipſa adipiſci. incipiamus igitur primo à capillis.

C *De tincturis capillorum.* CAP. I.

Vnctiones capillorum vt etiam cani fiãt nigri. Scoriam ferri, & plũbum coque in aceto vſq; ad tertiam partem, & illine, interim tamen ne tange capillos oleo. Aliud. Radices capparis tere, & coque in lacte aſinæ vſq; ad tertiam partem, & vtere. hoc ſerua, quia prorſus nigrificat pilos capitis. Aliud. Teſtudinis marinæ fel diſſolue cum oleo, & vnge capillos. Aliud. Racemulos in nucibus pendentes in oleo coque, bitumen liquidum ad-
* de, & vnge. Aliud. Plumbum cum oleo repone in vaſe plumbeo, & eo vnge capillos. Aliud. Melongiam terreſtrem combure, & cum oleo leniens, vnge capillos, & dimitte per totam noctem. ¶ *De præſeruatione à canitie.* Accipe colocynthidem, & perfora eam, & mũda ipſam bene ab ijs quæ ſunt intus, deinde imple eam oleo laurino, & adde ſemen hyoſcyami non contritum, dimitte vna die, & vnge ſemel in anno. ¶ *Ad faciendum capillos albos.* Stercus hirundinis terens cum felle tauri, vnge. Aliud. Verbaſci albi cõbure florem, & extingue aceto, & leniẽs vnge. ¶ *Ad faciendũ capillos flauos.* Alumen coque in aqua, & cataplaſma capillos duobus diebus & poſt hoc laua cum aqua in qua eſt diſſoluta fęx vini combuſta. Aliud. Decocto lupinorum amarorum vnge capillos, vel ipſos lupinos amaros crudos terens, & permiſcens cum aqua,
D vnge. Aliud. Fæcem vini permiſce cum oleo balani, & fac ſicut ſpiſſitudinem ceroti, & vnge caput quando vadis dormitum. Aliud. Folia liguſtri infunde in ſucco ſtruthii, & vtere hac infuſione. Aliud. Rubiam, ſtœchadem citrinum, polytrichum, & abſinthiũ, lupinos, pone in aqua reponens in vaſe vitreo, & dimitte per nouem dies, mouendo bis in die. in tempore vero vſus accipiendo de dicta aqua quod ſufficit, infunde in ea ſpongiam, & dimitte vt imbibat aquã: & quando fuerint deſiccati capilli, laua cum aqua calida & ſapone.

*De caſu capillorum.* CAP. 2.

Ad caſum capillorum vlmi radicem et foliorum. m. i. macera in. iiij cyathis aquæ, et vnge, et poſt hoc vnge cum oleo. Aliud. Sambucum comburens, miſce cum ceroto, et vnge. Aliud. Aloem permiſce cũ vino nigro auſtero, et vnge. Aliud. Myrrham et ladanũ vnge cum vino aut oleo myrtino. Aliud. Accipe apes multas, et combure, et miſce cum oleo, et vnge cauendo ne vngas id quod eſt circa. Aliud. Nigellam accipiens combure, et leniens cum aqua vnge: maxime autem hoc confert ſupercilijs. ¶ *De capillis qui cadunt ijs qui reſumuntur ex*

*ægritudine.* Ladanum cum vino & oleo roſaceo coque, & fac ſpiſſitudinem ceroti, & vnge. E
Aliud. Radicem mori excortica, & combure, & coque vt dictum eſt. Aliud. Polygonij ſemē
terens, pone in lixiuio, & laua caput: deinde coque lentiſcum, & collue caput. ¶ *Vt in loco combu-*
*ſto ab igne oriantur capilli.* Folia ficus terantur, & leniantur, & apponantur in loco. ¶ *Pſilotrum.*
Cerebrum veſpertilionis lenias cum lacte mulieris, & vnge. Aliud. Fel thynni miſce cū gum-
mi hederæ, & vnge. Aliud. Accipe ſanguinem recentem leporis marini, & vnge. Aliud.
Sanguinem cerui permiſce cū aceto, & vnge. Aliud. Fructū vrticæ ſylueſtris accipe, diſſolue
cum oleo, & frica cum ipſo locum. Aliud. Veſpertiliones plures viuos pone in bitumine, &
dimitte vt putrefiant, & vnge quemcunq; vis locum.

*De alopecia.* CAP. 3.

Murem combure, & tere, & puluerem permiſce cum adipe vrſino, & vnge perfricans locum
cum cæpe albo. Aliud. Cantharidas combure, & tere, & puluerem permiſce cum melle, et vn-
ge. Aliud. Cum folijs ficus frica diligenter, deinde vnge cum adipe vrſino. Aliud. Spumam
maris combure, & terens permiſce cum oleo, & vnge. Aliud. Ranam habentem longa crura
combure, & terens aſſume cum pice liquida, & vnge locum præfricando ipſum. Aliud. Equi
fluuialis pellem combure, & vnge locum. Aliud. Sanguine teſtudinis marinæ vnge locum. F
Aliud. Accipe ſtercus muris, & thus, & permiſce cum aceto, & fac mellis cōſiſtentiam, & vnge
præfricando locum. Aliud. Aſphodelum tere, & permiſce cum aceto, vel vino, & præradens
locum frica cum folijs ficus vel cum panno aſpero, & vnge. Aliud. Radicem cannę combure,
& permiſce cum adipe vrſi, & vnge. Aliud. Tithymallum tere, & vnge locum.

*De furfuribus.* CAP. 4.

Cimoliam infunde aqua, & miſce ſuccum bletæ, & vnge: deinde laua, & accipe thus maſcu-
lum, & tere, & permiſce cum vino & oleo, & vnge. Sequenti vero die herbam pedicularem cū
oleo vnge. Aliud. Accipe nitri, fæcis vini, mirobalanorum, ſingulorum libram vnam, herbæ
pedicularis libram. i. & ſemis, permiſce cum oleo antiquo, & vnge. Humidos autem furfures la-
ua cum aqua ſalſa; vel cum decocto lupinorum: eſt enim expertum. Aliud. Laua caput cum
ſucco portulacę. Aliud. Vnge caput cū ſucco bletæ cocto vel crudo ꝑmiſto cū melle. Aliud.
Cimoliam permiſce cum decoctione fœnugræci, & vnge. Aliud. Radicem cucumeris ſylue-
ſtris coque, & cum decoctione eius laua. Aliud. Scillam in fornace obrue quando fuerit mol-
lis, exprime eam, & eius ſucco permiſce parum olei, & vnge.

*De pſydracijs & efflorationibus.* CAP. 5. G

Pſydracia ſunt paruæ efflorationes factæ in capite ſimiles veſicis eminentibus in ſuperficie.
Efflorationes vero ſunt vlcerationes factæ in ſuperficie ſubrubicundę & aſperæ. Curantur au-
tem ſic. Recipe farinam fabarum, & infunde in vino, et appone ſicut cerotum. Aliud. Fac ce-
rotum ex liguſtro et ceruſa, et vnge. Aliud. Recipe, amyli, ceruſæ, aluminis, foliorum viridiū
rutæ, ſingulorum drachmas quatuor, permiſce cum aceto et oleo myrtino, et vnge. Aliud. Re
cipe lithargyrij, ceruſæ, ſingulorum drachmas duodecim, ſulfuris viui drachmas octo, aſſume
cum oleo myrtino, et vnge.

*De achoribus & fauis.* CAP. 6.

Achor eſt paſſio veniēs in capite, perforans cutem capitis ſubtilibus foraminibus per quæ
exit humor parumper viſcoſus. Fauus autem facit foramina maiora continentia humiditatem
melli ſimilem. Curantur autem ſic, abraſum caput fomenta bis aut ter aut multoties cum aqua ca
lida decoctionis myrti, aut rubi, aut lentis, aut lupinorum amarorum, aut radicis aſparagi: quan
do autem effluent multi humores, cataplaſmes caput cum folijs ſalicis aut lente coctis in aqua.
Confert etiam inungere caput ſulfure et parietaria et ſapone ante. Aliud. Recipe lithargyri
drach. xvi. foliorum rutæ drach. viij. herbæ pedicularis drachmas quatuor, chalcanthi, drachmas H
duas, aſſume cum aceto et oleo myrtino.

*De tremore capitis.* CAP. 7.

Stœchadem da bibendam cum aqua. Aliud. Artemiſiæ ſuccum parua habentis folia per-
miſce cum oleo roſato, et vnge neruorum deriuationes. Aliud. Spinæ albæ ſemen bibendum
exhibe. Aliud. Caſtoreum diſſolue in aqua, et bibendum præbe.

*De dolore capitis.* CAP. 8.

Cornu cerui combure et tere, et permiſce cum oleo roſato, et vnge frontem et tempo-
ra. Aliud. Cerebrum vulturis leniens vnge caput et tempora. Aliud. Pſylium ſuffundens
permiſce cum oleo roſato, et vtere: hoc autem confert et ad hemicraniam. Aliud. Styracem
liquidam permiſce cum oleo, & vnge. Aliud. Oniſcos, id eſt aſellos ſub hydrijs degētes coque
in oleo, et vnge caput. Aliud. Flores mali punici vel ipſa balauſtia, coque in vino aut aqua
marina vſque ad conſumptionem tertiæ partis, et tere, et cum ceroto permiſcens vnge.
Aliud. Pulegio et fœniculi radice cum farina hordei vnge tempora. Aliud. Mentam aut
ſinapim cum aceto permiſce, et vnge tempora bis in die. ¶ *Ad dolorem capitis & temporum.*

Accipe

A Accipe opij quantitatem fabæ, & pulegij partes ſex, & lentiſci, & aſſume cum aceto & oleo ro-
ſato & vnge. Aliud. Lapathium acutum & gallam tere, & vnge tẽpora & frontem. Aliud.
Caſtoreum diſſolue cum oleo roſato & aceto, vnge frontem & tempora. Aliud. Iridem
ſiccam & cardamomum minus in aceto reſolue, & vnge capillos ſicut faciunt mulieres quando
vngunt eos. Aliud. Succum peucedani cum oleo irino leniens vnge. Aliud. Hirundinum
ſtercus priuſquam terram attigerit ſimul cum luto nidi, in vaſculo ligneo, aceto madefac, &
illine frontem. Aliud. Gummi hederæ cum aceto & oleo roſato leniens vnge tempora.
Aliud remedium. Caprinum ſtercus ex aceto & oleo roſaceo terito, fronti illinito, & faſcia de-
ligato: id facito multo mane, ac veſperi, & capite dolentem ſanitati reſtitues. Aliud. Euphor-
bio & atramento ſcriptorio vnà cum aceto detritis frontem illine. Aliud. Puer venerem non
expertus in limine ægroti ianuæ mingito, tu vero acetum infundito, atq; vtrũq; in vnum ſuper
limine commiſceto, donec ſordium acquirat craſſitiem: ac eadem illa hora fronti imponito.
Aliud. Siqua ex partu capitis dolore tentetur, cinerem cum aceto admiſcens fronti ſuperdato.
Aliud. Hederæ lachryma cum aceto & roſaceo miſta frontem obline. ¶*Epithema ad idem.*
Naſturtium cum aceto & roſaceo miſceto ad cerati craſſitudinem, imponitoq; ita, vt à tempore
B ad tempus pertineat, illico dolorem auferes. ¶*Ad eos, qui ex altera capitis parte dolent.* Acaciam
roſeo cerato excipiens vtere. Aliud. Cichorium impoſitum & capitis dolores, & exuſtiones
à ſole efficaciter tollit.

*Ad comitialem morbum.* CAP. 9.

Ictinum, hoc eſt miluum, in olla cremato viuentẽ, cineremq; propinato, & ſanabis. Aliud.
Eiuſdem iecur exuſtum & tritum ex aqua potui dato. Aliud. Aſini ſtercus frictum cochlia-
riorum duorum pondere quotidie exhibeto, atq; ęgrotus morbo liberabitur. id remedium lon-
ga experientia comprobatum eſt. Aliud. Vrina verris in fumo arefacta ex aceto mulſo pota
bene facit. eſto autem vrinæ portio ad ægyptiæ fabę magnitudinem, ſed optima eſt apri. Aliud.
Hircinum ſtercus ad morbum comitialem proficit, ſi ex eo quindecim globuli ſummum exhi-
beantur. Aliud. Agreſtis maluæ ſuccum ægrotus per triginta dies ieiunus bibat, & curabitur.
Aliud. Muſtellæ iecur aridum ex aqua propinato, id facis autem cum ægrotus mox eſt caſu-
rus. Aliud. Parum olei leporis coagulo infundito, & pilulas facito, ex quibus modo vnã, mo-
do duas præbeto. Aliud. Muſtellæ ſanguine oblinito, ac muſtellam pedibus capiteq; abiectis
epulandam apponito: pariter & ſtrummis exhibita muſtella prodeſt. Aliud. Murem diſſecãs
* per lunæ ſilentium iecur ipſius extrahito, & aſſum ægroto, vt comedat, exhibeto. Iuuat etiam
C acetum mulſum ſcillinum, & Iuliani, & theriaca. Aliud odorabile ad comitialem affectum. Ti-
thymallum cum aceto & polenta terens placentulas conficito, olfaciendasq; laboranti offerto,
& non cadet. Confert etiam odorari peucedanum & picem. ¶*Suffimentum comitialem morbum
detegens.* Lapidem gagatem ſuffito ipſum circumuelans, ne odor diſſipetur, cadetq;, ſi re vera
comitiali morbo affectus eſt. ¶*Potiones per quas dignoſcitur, utrum comitialis morbus ſanabilis ſit.*
Acaciæ drachmam aqua diluens propina: ſi vomuerit, inſanabile malum eſt, ſin autem febricita-
uerit, potio ipſi prodeſt. ¶*A ſidere percuſſorum curatio.* Aſini lotio ipſos conſperge, & ſaneſcẽt.
* ¶*Si comitiali morbo humi proſtratum confeſtim excitare uis.* Thymum aut pulegium conterens eius
naribus admoueto. ¶*Materiam per nares detrahentia.* Anagallidis cœruleum habentis florem
ſuccum naribus inſtillato, iubetoq; ſupinũ ægrotum ſpiritum adducere, hoc enim omnibus ex
capite laborantibus opitulatur. Aliud. Succum hederæ albæ naribus inſtillato. Aliud. Ni-
* gellæ expreſſum ſuccum cum mulſa inſtilla. Ad eundem modum et iride veteri oleo admiſto
vtitor. Aliud. Betæ radicis ſuccum in nares infunde, et caput purgat.

*De aurium uitijs, primumq; de illis quæ in auditorijs ſinibus fiunt.* CAP. 10.

Vino diluto, aut mulſa aurem ſubluito: ac lycium in oui putamine macerans infundito.
D ¶*Ad inflammationes, & dolores.* Allij capitula conterens cum oleo in olla calefacito, oleumq; in
aurem infundito, et dolor ſedabitur. ¶*Ad magnum dolorem.* Anſerinum iecur ſalſum cum nar-
do, eliquato, et repurgans in aurem indito. ¶*Ad aures ſanie manantes.* Liquidum alumen aqua
diluens in vitreum vas conde, et maceratum infunde. ¶*Ad aures purulentas & grauiter dolentes.*
Porri ſucco melle diluto vtere. Aliud. Opium dulci vino eliquans ac tepefaciens in aurem
inijce. Aliud. Cedri lachrymam ex pauca nardo immittito. Aliud. Mel et oleum vnà in va-
* ſculo prius tepefacta inſtillato. ¶*Ad teredines & ſaniem.* Alumen ſciſſile cum aceto et dulci
vino elixum ad mellis temperaturam, infuſum tam in recentibus quàm antiquis vitijs effi-
cax eſt. ¶*Ad ſonitus aurium intra ſeipſas & acres dolores.* Cedri lachryma cum melle admiſta, et
infuſa prodeſt. Aliud. Aloe, quæ iecoraria dicitur, cum mulſo ad ſordium craſſitudinem
temperata, et infuſa benefacit. Aliud. Vulpis adeps eliquata infundatur. Aliud. Nar-
dum tepefactum infundito. Aliud. Caſſiam ex roſaceo inijcito. Aliud. Centipedæ dome-
* ſticæ oleo roſaceo inferuefactæ opitulantur. ¶*Ad dolores paulatim ingruentes.* Lanam ſucci-
dam in aceto feruefacias, exprimitoq; humorem in aurẽ, deinde foramen ſummum lana ſucci-

da integito. Aliud. Mali punici immaturi ſucco cū melle vtere, aut lentiſci, aut herbę muralis, E
aut liguſtri, aut rubi, horum cuiuſq; ſuccum aut ſeorſum, aut melli admiſcens & elixans vtere,
pariter & plantaginis, aut lactucæ, aut ſanguinalis ſucco vtendum eſt. ¶ *Ad dolores abſq; ulcere.*
Sulfur ignem non expertum per calamum naribus ſuffletur. Aliud. Papaueris lachryma mu-
liebri lacte temperata inſtillatur. ¶ *Ad grauem auditum.* Abſinthium in aqua elixans aurem de-
cocto eluito. ¶ *Ad ſurditatem naturalem.* Capræ nuper iugulatæ cornu caprino lotio imple-
to, & ad fumum per dies nouem ſuſpendito, deinde vtere. ¶ *Ad ſonitus ex profundo.* Acetum
roſaceum, rutam, & cuminum cum melle macerans vtitor. ¶ *Ad tinnitus ſonosq; repentes exortos.*
Acetum acre tepefactum in aurem demitte. Aliud. Vitis albæ, mellis, veratri albi, & roſei olei
portionem in vnum permiſcens in aurem dato. ¶ *Ad aurem dolentem & ſanie manantem.* Ace-
tum, mel, roſeumq; permiſce, & tepefactis vtere. ¶ *Ad acerbos dolores.* Subactam oleo euthy-
paſton adipem infundito, & ſpongia locum occludito. bene facit & ad neruorum morbos cum
vulpino adipe atq; ſuillo æqua portione permiſta. ¶ *Ad dolores aurium ac phlegmonas.* Haſtulæ
regiæ radicem mundato, & in oleum vaſe vitreo contentum demittito, & per continuos qua-
draginta dies ſub Canis æſtu inſolato, deinde vtitor. ¶ *Ad ulceratas aures & purulentas.* Lacer-
tas puſillas venatus mundo oleo eliquato, atq; ita in aurem demittito: & vermes, ſi in aure fue- F
rint, interficies. ¶ *Ad aurium uermiculos, & ad ea, quæ in aurem inciderunt, extrahenda.* Cepas & hyſ-
ſopum in lotio vetere conterens inſtillato. Aliud. Partis interioris cucurbitulæ ſyluaticæ ſe-
minum, aluminis ægyptij pares portiones in cedrino oleo macerans infundito. ¶ *Ad ſordes au-
rium educendas.* Lanam vnguentaria glande madidam in aurem demitte, & ipſam ſordium ple-
nam inuenies. Aliud. Nitrum læuigatum in aurem conijcito, acetumq; inſtillato, ſuper lanā
mollis addenda eſt, & per noctem relinquenda, ſequenti vero die calida mulſa autem eluito.
¶ *Ad aurem dolentem.* Salis flos cum roſeo & aceto infundendus eſt. ¶ *Ad ſaniem aurium & ma-
gnum dolorem.* Nitrum roſaceo dilutum in aurem demitte. Aliud. Album veratrum ex vino
aut aceto cum alumine infundendum eſt. Radicis præterea calaminthæ ſuccus aceto maceratus
inſtilletur. ¶ *Aliud ad diuturna uitia.* Lycij & mellis æquas portiones commiſcens vtere. ¶ *Ad
inflammatas aures.* Capitulorum papaueris cortices contere, & tertiam partem cum hordeacea
farina permiſce, & in dulci diluto elixa, cataplaſmaq; cōfice. {¶ *Ad aures ſanie manantes & doloroſas.* Ex tralatiōe veteri
Medullam vituli liquefaciens inſtilla. Aliud. Scoriā ferri leniens in aceto acerrimo inſtilla. G

*Ad ſcrofulas & parotidas, quæ ſunt apoſtemata ſecus aures.* CAP. 11.

Scrofulas communi quidem curatione diſcutiunt ea quæ ſcirrhos: propria vero iſta, farinam
lupinorum amarorum coque in oxymelite, & vnge. Aliud. Stercus bouis aut capræ coque
in aceto, & appone. Aliud. Calcem melli aut oleo aut adipi porci ꝑmiſce, & appone. Aliud.
Farinam iridis, & ſtercus columbi coque in vino, & appone. Aliud. Recipe axungiæ veteris,
ſeminis hyoſcyami, picis, olei antiqui, ſtercoris citrini gallinæ, ſingulorum, partes æquales com-
miſce, & appone.

*De morbis oculorum, & primo de ophthalmijs incipientibus.* CAP. 12.

Succum mentæ infunde: reſoluit enim, ſed melior eſt ſanguis colūbi. Aliud. Fœniculi ſuc-
cum exprime & vtere: antiquus autem eſt melior, permiſce autem eum aquæ, & vtere. Aliud.
Rutam recentem exprime, & pone ſuccum eius in pyxide æris rubei, & vtere. Aliud. Cum
coctanis coctis, & farina hordei, & vino albo fac cataplaſma. Aliud. Folia papaueris & corti-
ces granatorum cum polline hordei cataplaſmes. Aliud. Roſas coctas & lenitas cataplaſmes. *
Aliud. Decoctionem meliloti cataplaſmes. Aliud. Folijs coctani tritis cataplaſmes cum vi-
no & alphitis. ¶ *Ad ungulam.* Dicitur vngula morbus oculi quando cornea aliquando quidē
ſuperficietenus, aliquando vero in profundo pus continet, & aſſimilatur paruæ vngulæ ſecun- H
dum figuram, quare morbus ille vocatur vngula. Ad moderatas ergo vngulas confert melicra-
tum, & ſuccus fœnugręci, & collyrium quod quidem fit ex thure. Ad fortiores aūt recipe aloes,
myrrhæ, croci, ſingulorum, part. i. vini part. iij. mellis part. vi. diſſoluas crocum cum modico vi-
no: deinde aloem & myrrham: deinde infunde mel, & vniens repone in vaſe vitreo, & vtere bis
in die: expurgat enim, incarnat, & conſolidat. ¶ *Ad hypopia. i. liuorem qui fit ſub oculo.* Sinapin
tere, & appone cum ceroto. Aliud. Oſſa ſepię tere ſubtiliſſime, & permiſcens cum aceto vnge
in nocte: tollit enim ea. Aliud. Radicem cucumeris ſylueſtris melli commiſce, & impone.
¶ *De liuoribus oculorum.* Hyſſopum tritam liga in panno, & infunde in aqua calida, & tange
liuores, fomentans. Aliud. Farinam iridis cum melle admiſce, & appone. Aliud. Cymi-
num tritum permiſce cum lacte mulieris, & appone: vel origanum appone ſimiliter. Aliud.
Erucæ ſemen terens cum felle bouino cataplaſmes. ¶ *De pterygijs.* Pterygium dicitur neruo-
ſa ſuperinnatæ oculi membranæ eminentia incipiens ab angulis & procedens vſq; ad cor-
neam: quando vero inſuper augetur, cooperit & pupillam. Magna igitur & diuturna pterygia
per chirurgiam inciduntur: recentia vero & moderata in magnitudine iuuant æs combuſtum,

A vel chalcanthum cum adipe porci. Aliud bonum. Chalcanthi, part.i.gummi arabici, part.me-
diam, diſſolue in vino, & vnge. Quidam autem hepar capræ melli miſcentes vngunt. Aliud.
Recipe Lycium & liguſtrum, & cum aqua fac collyrium, & vnge. ℂ*De ulceribus oculorum & al-*
*buginibus.* Vlcera quæ fiunt in oculis quæ quidem ſunt ſuperficietenus, nephelia nominant:
quæ vero profundum petunt, albugines. Nephelia ergo ſuccus anagallidis expurgat, & ſuccus
centaureæ minoris cum melle. Diuturna vero ſubtiliat cedria & æs ſolum diſſolutum in aqua
in modum collyrij. Albugines autem iuuat nitrum diſſolutum diligenter oleo, & vnctum.
Aliud. Recipe ſuccum draconteæ & miſce cum melle crudo, & vnge. Aliud. Fel hirci con-
frica in oculo. Aliud. Os ſepiæ combure, & diſſolue cum melle, & vnge. Aliud. Ex ſterco-
re lacertæ faciens collyrium cum aqua vnge. Aliud. Felle canis marini vnge, vel raphani ſuc-
co, vel felle galli. Aliud. Recipe ſuccum malorum granatorum, & pone in vaſe terreo, & co-
operi cum panno, & pone in ſole quouſq; habeat mellis conſiſtentiam: & ei miſce mel æqua-
le: & cuſtodi, quia inueteratum valet magis, & quando vadit dormitum patiens, vnge oculos.
Aliud. Fel leonis cum melle vnge. Si vero puer paruus habet albuginem, mater infantis man-
* dat ammoniacum, & inſufflet in oculum: ſimiliter vngat oculum menſtruo alicuius de cogna-
B tione ſua: & ſimiliter mater eius incidat paruum digitum ſuum, & ſanguine qui fluxerit, vngat
oculum. ℂ*Ad caliginem & nebulas oculorum.* Vnge oculos ſucco foliorum draconteæ. Aliud.
Succum betonicæ cum vino permiſto calido inſtilla. ℂ*De hordeolo.* Ex aqua decoctionis
hordei fomenta oculos, vel ex cera alba: Vel accipe muſcas, & abſcinde capita earum, poſtea
reliquo corpore frica oculum. ℂ*De madaroſi.* Madaroſis, id eſt glabrities: & ptiloſis, eſt caſus
pilorum palpebræ: curantur autem his. Recipe nucleorum palmularum combuſtorum drach-
mas tres, ſpicæ drachmas duas, tere & vtere. Aliud. Stibij aſſi, piperis, añ. drachmam vnam,
ſpicæ drachmas tres. Aliud faciens ad caſum pilorum ſuperciliorum. Auellanas combure, &
permiſce cum adipe vrſi aut capræ, & vnge. Aliud, quod etiam confert ad alopeciam barbæ. al-
terci drachmas duas, ſtercoris muris drachmam vnam. polytrichi drachmas duas, olei irini cya
thos quatuor: tere & permiſce cum oleo, & præfomentans vnge. Aliud. Senectam ſerpentis
combure, & vnge: facit enim naſci pilos: vel nigellam tere, & fac ſimiliter. ℂ*Ad ſupercilia piloſa.*
Origanum combure, tere, & applica, prius tamen euelle pilos. Aliud. Lacertam viridem
coque in oleo, & poſtquã euulſeris pilos, vnge locum. Aliud. Chamæleontis ſeu laureo-
læ radicem permiſce cum ſanguine ranæ, & vnge locum. ℂ*Vnctio habentium oculos glaucos.*
C Glaucos mulierum oculos nigros reddit hyoſcyami flos cyaneus repoſitus in vmbra: & tem-
pore vſus permiſtus cum vino auſtero & inunctus. ℂ*Ad ſuffuſiones.* Theriacam quæ fit ex
viperis, permiſce cum melle ſine fumo, & vnge: conferunt etiam caputpurgia, & purgatio
cum hiera, & fomentatio cum decocto fœniculi, & ſagapenum, & elleborus albus cum melle
appoſitus, vel mel cum ſucco fœniculi. ℂ*Ad ægilopes.* Ægilops eſt abſceſſus paruus iuxta
magnum oculi angulum, qui ſi negligatur, ſcinditur vſq; ad os: & dicitur ægilops antequam
ſcindatur. huic confert glaucium & crocus ſimul cum ſucco perdicij appoſitum: oportet autem
frequenter ea permutare. Aliud. Conchulas cum teſtis ſuis tere, & appone. Aliqui vero
miſcent & aloen vel myrrham. Aliud. Fel porcinum ſicca, & appone. Aliud. Perdicium
cataplaſmes. Aliud. Ægilopem herbam inter frumenta naſcentem cataplaſmes. Aliud. Por-
tulacam & thus maſculum appone, prius tamen ea maſticabis ieiunus. Aliud. Craneum ho-
minis tere, & appone. ℂ*Ad nyctilopas.* Hepar hirci aſſa, & vnge liquore qui defluit, oculũ: iuuat
enim duodecies inunctus. ℂ*Ad pediculos oculorum.* Aqua marina tepida palpebras fomenta.

*De paſſionibus narium, & primo de polypo & ozæna.* CAP. 13.

D Vitriolum leniens cum aceto vnge. Aliud. Corticum granatorum drach.xvi. fellis tauri,
amomi, myrrhæ, calamenti, praſſii, ana. drach. viij. croci, drach. ij. ellebori albi, drach. ij. vtere ſic-
co. ℂ*Ad fœtorem narium.* Recipe amomi, myrrhę, roſarum ſiccarum: æqualiter aſſume cũ oleo
nardino, & vnge: confert autem & vnctio cum hedycroo magmate. ℂ*Ad ulcera narium.* Re-
cipe lithargyri drach. iiij. rutæ recentis, aluminis ſciſſi. ana. drach. ij. aſſume cum oleo myrtino &
aceto. Aliud. Recipe ceruſæ, drachmã vnam lithargyri, drach. iij. ſcoriæ plumbi, vel plumbi
combuſti drach. iij. omnia lauentur & aſſumantur oleo myrtino. ℂ*Ad extrahendum ſanguinem de*
*naribus.* Florem graminis appone. Aliud. Rubiam cum oleo accipe, & vnge nares. ℂ*Ad*
*fluxum ſanguinis narium.* Corticem oui combure, & accipe de eo partem vnam, & de galla par-
tem mediam, & inſuffla. Aliud. Lycium appone. Aliud. Aſini ſtercus comburens inſuffla
cinerem eius, aut exprimens inſtilla ſuccum. Aliud. Lapidem molarem igniens extingue in
aceto, & da recipere odorem. Aliud. Thus maſculum, & aloen aſſume cum albo oui & fac
elychnium, & appone, & ſuperpone pilos leporis. Aliud. Ventoſam magnam pone in hy-
pochondrio ſecundum rectitudinem naris patientis; oportet autẽ & ijs quæ ſtypticant & pro-
hibere poſſunt impetum ſanguinis, vti.

¶ *Ad nares ulceratas, & polypos, & ozænas.* Spuma ni*tri attinge, & ad ſpiritus odorem concilian- B
dum, albæ violæ florem nondum ex coliculo delapſum lege, tereq; cum aqua, donec mellis craſ-
ſitudo fiat. Aliud. Ærugine ex melle decocta locum attinge. ¶ *Ad interiores phlegmonas.* Adipe
anſerino cum porri ſolaniq; ſucco æquis portionibus diluto interdiu obline. ¶ *Ad narium ulcera
cum duritie.* Plumbum tritum vino aqua maris non temperato macera, myrteiq; olei, quod ſa-
tis eſt adde ad mellis ſpiſſitudinem. Aliud. Æris ſquāma ex melle decocta vtere. ¶ *Sanguinem
per nares euocantia.* Mentam excipiens melle, & collyriū faciens in nares mitte. ¶ *Ad profluuium
ſanguinis è naribus.* Rutam tritam oleo excipito, & intra nares conijcito. Aliud. Gūmi ac thus
contrita & aceto liquata in nares da. Aliud. Cinerula cypria cum ſucco porri temperata bene
facit. Aliud. Spongiam vſtam pici admiſtam, & arefactam linamento inſperſam in nares pel-
lito. Aliud. Acuti iunci florem naribus imponito. ¶ *Ad ſanguinis eruptiones, quæ ſupprimi nequeunt,
præſertim cum diutius febricitantibus ſanguis perfunditur.* Pyriōn imponito nonnunq̄ aridum, nōnunq̄
collyrio oblitum, & craſſitudinē cauis naſi reſpondētem faciens ita immittito: iiſdem & nares &
tempora & frontem illinito. Aliud. Diphryges vſtum, & ex aceto tritum ſuper impone. *
Aliud. Lanam oui albo madentem admoue. Aliud. Lanam herbæ ſanguinalis, aut ſolani ſuc-
co imbutam in nares dato. Aliud. Ruta ex aceto trita circumponenda eſt, & ſuffienda. Vten- F
dum præterea eſt reprimere cohibereq; ſanguinis impetum valentibus, vt cicutam naribus ſuf-
fito, odoremq; attrahito: nares etiam digitis comprimito: aures cerato, aut alio quopiam diligen
ter occludito, quinetiam penis extremum papyro deligato. in mulieribus vero mammarum pa-
pillas ſimiliter. Item refrigerare potentibus frontem, caputq; oblinito, & conſpergito. Præſen-
tiſſimum remedium eſt capiti cucurbitulam affigere, vel etiam frontis venam ſoluere. Sternu-
tamenta quoq; plerunq; ſanguinē reuocant. Aut herbā bugloſſon, aut aſini fimū ex aceto in na-
res conijce. ¶ *Ad ſtertentes.* Anethū capiti clā ſubijcito: id & pſilietibus ex lectulo remedio eſt.
¶ *Ad puncta & æram uocatam abſq; cicatrice & ulcere.* Nitro locum detergens reſinam terebinthi- *
nam ſuper dato, & per dies quinq; dimittito, mox locum ſoluens puncta ſcriptorio ſpecillo per-
forato: deinde thus nitrum ac mel pari modo miſta, vt cerati craſſitudo ſit, imponito: poſt ſolue,
& ablue. Aliud. Ex trito veratro cum pane, aut ex acido lacte per ſe cataplaſma facito. Aliud.
Fici trito cortice illine. Aliud. Staphida agriam, quam herbam pediculariam, quòd pediculos
necet, quidam appellant, in cataplaſmatis modum imponito.

*Ad alphos, ephelidas, lenticulas, & alias faciei affectiones.* CAP. 14. G

Cucumeris ſyluatici radicis ſucco trito & cribrato faciem deterge. Aliud. Alcyonio ex vi-
no trito faciem obline. Aliud. Vitem ſylueſtrem cōtuſam, & vino ęgyptio maceratam ſuper-
dato. Aliud. Erucæ agreſtis radice trita, & ouis felle excepta vtitor, facie prius nitro puncta.
Aliud. Elaterium ex aceto terens, & ad mellis craſſitudinem redigens, ceratoq; admiſcens
inunge. Aliud. Cinabari ex melle faciem illine. Aliud. Cachrys ſemine trito ipſas lenticu-
las inunge, & arefactam ablue. Aliud. Syluatici cucumeris radicem, ficiq; ſummos ramu-
los in aceto feruefactos tritosq; imponito. Aliud. Veneris vmbilici radicibus ex melle con-
tritis faciem illine. Aliud. Rubia ad maculas à ſole contractas & alphos benefacit, ſi ea trita
ex oleo facies inungatur. Aliud. Zóchum amarum terens ex melle faciei imponito. Aliud.
Anethi ſemen ex vino vetere tritum & ad mellis ſpiſſitudinem redactum, faciei obducito,
atq; ita per integram noctem remaneto: ſequenti mane illud remoueto, recensq; aliud repo- *
nito: eodemq; quoq; ſemine commanducato ephelidas & lenticulas vtiliter illinito. Aliud.
Alba viola ex aqua ad eadem proficit. Aliud. Aphronitrum tritum cum cerato ex tyrrheni-
ca cera confecto faciei ſuperdato. ¶ *Ad alphos & album colorem.* Alcyonium vſtum melliq; ad-
miſtum illitum prodeſt: eodem quoq; cum erui farina & tritici miſto quammaxime calido fa- H
ciem detergeto. Aliud. Amara amygdala cortice ſpoliata aceto acri excipito, & cataplaſma
facito. Aliud. Ocymi ſemen cum gallinaceo aut anſerino adipe tritum bene facit. Aliud.
Fœnum græcum ex aceto tritum ſquammulas, ſi illinatur, detrahit. ¶ *Ad ephelidas & lenticu-
las.* Myrrha & crocus, ſi aqua macerentur, illita iuuant. Aliud. Purpuras, aut vocatas ce-
rycas hoc eſt buccina expiſcatus, in ollulam conijce, & in furnum aſſandas mitte, deinde ex
melle tritis vtere. ¶ *Ad faciem albam, & extenta cute reddendam.* Cucumeris ſylueſtris radices in *
fruſtra diuide, & refrigera: deinde aqua elixatis ac tritis in cataplaſma vtere. ¶ *Aliud faciem
ſplendidam reddens.* Ex eruo bene olente vino macerato cataplaſma facito. Aliud. Tritici,
quod ſemidalin vocant, ſuccum exprimens humidiorem partem abijce, parti illi autem, quæ
ſubſedit, oui album commiſceto ad mellis ſpiſſitudinem, atq; hoc faciem peruncꝉam oleo de-
terge: à ſole autem maculatam faciem frigida multa lauato, & per vnum diem facies coloratior *
redditur * Violām elixās parum aluminis inijce: deinde lixiuim admiſcens ac terens vtere mul-
to inungens oleo. ſic enim facies grati coloris, bonumq; odorem os ſpirans efficitur. Cupreſſi ∴
atq; ilicis taleas vnà feruefaciens decocto corpus totum madefacito. Aliud. Thuris & pæde-

rotis

A rotis æquas portiones miſce, & ex melle tere, ita faciem iunge, atq; integrum diem ſic dimitte, deinde ablue. Aliud. Lini fecem melli admiſcens ſub ſolem iter facturus corpus inungito, eo tamen prius nitro perfricto. ℭ*Ad impediendam ſolis exuſtionem, & exuſtam faciem ſanandam.* Bulbo candido trito ex melle inungito. Quòd ſi facies citra phlegmonem tumefacta fuerit, nigram terram ex aqua conterens ſuperdato. Aliud. Alcyonio & nardo gallico ſimul tritis vtere.

Ex tralatione veteri.

{ℭ*Ad pannum & lentigines.* Draconteæ radicem cum melle cataplaſmes, vel nigellam cum aceto, vel pentadactyli fructum. ℭ*Ad faciendam faciem rubicundam.* Rubiam tere & permiſce cum oleo, & vnge. Aliud. Bulbum amarum terens permiſce cum melle, & vnge. Aliud. Recipe ciceris, rubiæ, thuris, myrrhæ, ana. drach. ij. aſſume cum adipe vituli, & oleo maſticino, & vnge, & poſt ſpatium abſterge ſpongia calida.}

### *Ad oris uitia, & primo Ad labiorum rimas.* CAP. 15.

Immaturam gallam tritam accipito, & reſinam terebinthinam cum hyſſopo & melle, atq; his perunge. ℭ*Ad altiores ſciſſuras.* Caprinus adeps mundatus proficit. Aliud. Adeps anſeris. & mel, & terebinthina æquis portionibus addito flore roſarum, hyſſopo arida, & maſtiche, fiat B inunctio. ℭ*Ad oris halitum commendandum.* Vino vetere bene olente, in quo iris maduerit, os collue, aſſidueq; in ore breui tempore contine. Aliud. Vino pauliſper os ſublue, in quo ſerpillum maduerit. ℭ*Ad oris tetros abſq; ulcere odores.* Nonnulli meraco vino, cui myrrha admiſta ſit, os eluunt, atq; rotundum odoratum iuncum terentes, partes oris internas perfricant. perinde & marmore vſto cum aniſo vtuntur: ita & hordeo cum ſale & melle. Quidam & linteolum cremant, & vino iniiciunt, atq; ita trito vtunt, & pumice & nardo & myrrha ex melle. Semidalin quidam & irin cum melle miſcentes comburunt, atq; ita vtuntur: & ex oſtreis purpura & buccino cum myrrha: cumq; cubitum eunt, aceto acerrimo colluunt. Commanducant autem nonnulli domum egreſſuri pini folia, & aqua os ſubluunt. Quidam præterea & aniſum, aut dulcem radicem, aut irin, idq; genus alia aliquo iter facturi commanducant. ℭ*Ad oris ulcera & putredines.* Melanteria contuſa prodeſt. Ad eadem benefacit oleum immaturũ ſeparatim, aut cũ melle propinatũ. prodeſt etiã glaucuris vocata contuſa: eius ſuccũ ex melle & aqua paribus portionibus ad gargarizandum exhibeto.

Ex tralatione veteri.

{ℭ*Ad fluxum ſanguinis ab ore.* Colluatur os ex decoctione roſarum in oxycrato poſtquam erit frigida, & tranſglutiatur. Aliud. Gargarizet patiens & colluat decoctione roſarum frigida, aut extremitatum vitis, aut foliorum lentiſci, aut rubi, aut C cytoniorum, aut acinorum vuæ, aut rhu. Aliud. Semen roſæ cum maſtiche da ex vino ſtyptico bibendum, vel ex vino decoctionis rubi aut roſarum. ℭ*Ad oris ulcera.* Gallam in vino coquens collue os, deinde appone gallam tritam permiſtam cum melle, aut florẽ roſarum: collue etiam os decoctione foliorum oliuæ.}

### *Ad dealbandos dentes, aliaq; eorum uitia ſananda.* CAP. 16.

Vtuntur autem & huiuſmodi quibuſdam dentifricijs, quæ vnà & gingiuis proſunt, & dentes ſplendidos firmioresq; reddunt: terram eretriada vocatam vſtam tritamq; adhibent. hoc valde bene ſplendidos dentes reddit: Farina erui lotio ſubacta illine. Aliud. Animalis daſypodis à piloſis pedibus vocati caput vſtum cum fœniculo quamalbiſſimo & ſæpiæ tritis oſſibus admiſcens vtere. Aliud. Cornu ceruino vſto tritoq; vtitor: hoc & dentium dolores tollit, & ex roſaceo impoſitum capitis dolores diſcutit. Aliud. Pulegio & ſale fricto miſtis ad eadẽ tritis vtere. Aliud. Ouillo talo vſto ad ſimilia vtitor. Aliud. Hordeo toſto & ſale miſtis tritiſq; vtere. ℭ*Diaclyſma, id eſt lauatio ad ulcera, & dentes titubantes infirmoſq;.* Alicacabi radicem vnà cum mali corio craſſiore elixam imponito. Aliud. Albæ populi, aut verbenacæ radicem accipito, aut eryngij radicem vel ipſam herbam, aut polij radicem accipito, & terẽs apponito. ℭ*Ad concuſſos* D *dentes & dolentes.* Aſini vngulam vſtam tritamq; aceto excipe, & orbiculos faciens repone, ad vſum aceto orbiculum vnum liquato, datoq; ore continendum: illico. n. dolorem ſedat tollitq;. Aliud. Nigri chamæleonis decocto ſi foueas, dolorem dentium curabis. id & mures necat. Aliud. Betæ ſucco ſi fiat collutio, confeſtim dolor finitur. Aliud. Alterci radicis calidiore decocto ſi foueas, dolor quieſcet. Aliud. Rutam, hyſſopum, & myrrham ex vino tritas ore contineto. Aliud. Si ex verbaſci radice aceto, poſca, aut vino elixa os colluat, bene facit. Aliud. Ex nitro cum oleo facta collutio dolorem pellit. Aliud. Cupreſſi baccis ex vino & roſa elixis os foue. Quòd ſi dentes omnes doluerint, cedri liquore os ſi collues, protinus dolori ſuccurres. Dens molaris ſi doleat, maluæ vnicum habentis cauliculum radice ſi tangas, dolor abibit. Dentes dolentibus herbæ muralis radicem, cum balneas ingrediuntur commanducandam præbeto, quam ſub molari dente, quoad ex balneis egrediantur, retineto, & dolor euaneſcet. Aliud. Pyrethri radicula cõmanducata eodem die fugat dolorem. Aliud. Herbæ pontitidis vocatæ radix manducata dolorem finit. ℭ*Suffimentum dentes dolentibus.* Alcyonij ſuffitu continuo dolor tollitur. Aliud. Alterci ſemen ſuffitum dolori medetur. ℭ*Vt dentes bene oleant.* Cimo-

ſiam cum ſale terito, dentesq; fricato. Aliud. Dentem canis accipito, & in ignẽ conijce, ſuffi- E
tumq; facito, vt enim iſte crematur, ita dentes confirmat. ¶ *Ad exeſos dentes.* Ad exeſos autem
dentes, atramento ſutorio trito permiſtum piper accipito, aut gallam: Aut ex melle fiſſum alu-
men in cauum dentis inſerito, & dolorem leuabis. Aliud. Linacis lapidem in fruſtula ſeſa- ∴
mi magnitudinem æquantia confringe, & in dentis foramen immitte, illico dolorẽ ſedat, ſed ex
cera operculum facito. Aliud. Taurinum iecur lento igne frictum dentiq; impoſitum ſimul
atq; tetigit, dolorem diſcutit. Aliud. Teſtudinis vnguis in maxillaris dentis exeſi foramen cõ
iectus multum proficit. Aliud. Fel vrſi impoſitum illico dolorem leuat, curat autem etiã quo-
quo modo illinatur. ¶ *Ad dentes motos & labantes.* Teſtudinis ſanguis diu ore contentus den-
tes corroborat. Aliud. Alcyonio indico ex vino trito ſi os colluatur, motus ſiſtitur. ¶ *Ad den-
tes ex ictu concuſſos.* Coralium imponito, & ſatis diu contineto. ¶ *Ad dentium ſtuporem.* Ægro-
tus portulacam mandito. Aut oleo omphacino perungito. Aut amurcam olei in vaſe æneo ad
mellis tẽperaturam coquito: hac enim vetuſta ſi inungas, valde prodeſt. ¶ *Ad dentes eximendos ſi-
ne ferramento & abſq; dolore.* Fermentum denti circumdato, & pauliſper relinquito; mox den-
tem lacertę ſanguine circumfundito, & excidet. ¶ *Vt ſponte dens excidat.* Pyrethrum aceto mol-
litum ſaleq; per triginta dies maceratum dẽti prius mundo facto circumponito. Aliud. Arte- F
miſiam herbã ex aceto tritam obline. Aliud. Dentem circum ſuffodiẽs vermiculis, quas cam-
pas vocant, in ſummis braſſicarum aliarumq; herbarum folijs repertis illine, ab alijs dentibus ca-
uens. Quòd ſi inferiores dentes eximere voles, illis vermiculis vtere, quæ in inferiore parte il-
larum herbarum reperiuntur. Aliud. Sandaracham ex aceto tritam ſiccari permitte, & ſicca
vtiliter vtitor, prius ſanguinem circum dentem eliciens: ſic.n. pauliſper dimittens, digitis ipſum
eximes. Aut agreſtis cucurbitulæ radicem in foramen dentis conijce. Aliud mœdi immaturi *
radicem arefactam tritam & cretam radicibus dentis circunda, & paulo poſt digitis apprehen-
de, ſequetur enim. Aut æthiopicæ oleæ lachryma affectum dentem tangito. Aliud. Lacertam
agreſtem arefactam, diſſectam, contritamq; repone, cum dentem circum mundaueris imponi-
to, & paulo poſt attrahito, quoniam ſequetur. Aliud. Vrticæ ſemina cum galbano miſta affe-
cto denti circũline, & protinus excidet. ¶ *Ad eximendos ſine dolore dentes.* Herbæ lapæ radix cale-
facta, & denti appoſita facit, vt ſtatim digitos ſequatur. ¶ *Vt dentes digitis euellantur.* Syluestres
cucurbitulas ſcinde, & aceto macera ad mellis ſpiſſitudinem, deinde ferramentum ad ſcalpen-
dos dentes in medicamentum demitte, eoq; dentem circum ſcarifica, atq; os pauliſper clauſum
haberi præcipe, deinde apprehende digitis dentem & attrahe: abſq; dolore euelletur. Aliud. G
Farinam ex lacte tithymalli adhibe, & hederacea folia ſuper impone, per horamq; dimitte: fran-
getur enim ſine dolore. { ¶ *Ad albificationem dentium.* Nitrum, os ſepiæ, & os dactylorum Ex tralatiõe
terens vtere. Aliud bonum. Corallum rubeum, pumicem, oſſa dactylorum, oſſa ſepiæ, & veteri.
ſal aſſum terens vtere. ¶ *Ad dolorem dentium.* Oleo lentiſci non antiquo colluantur dentes.
Aliud. Colluatur os cum folijs rutæ coctis cum oxymelite; vel colluatur cum aceto ſcil-
litico; vel coquatur in aceto pyrethrum & hyſſopus: oportet autem humiditatem & humo-
rem euacuare.

### *De morbis gingiuarum.* CAP. 17.

Ad gingiuas corroſas recipe florũ roſarum drach. viij. gallarum, drach. iiij. myrrhæ drach. ij.
cõmiſce, & appone. Aliud. Lacte aſinæ gingiuas collue. Aliud. Foliorum oliuę decocto os
collue. Aliud. Aceto ſcillitico gingiuas collue. Aliud. Rubiginem ferri & balauſtia ſicca ap-
pone. ¶ *Ad gingiuas tumidas & carnis excreſcentiam.* Succum portulacæ ore detine; vel aquã ſalitã
oliuarum colymbadum, vel oleum ex immaturis oliuis expreſſum calidum vel lentiſcinum vel
melinum. Sicca vero quæ proſunt ſunt, rubigo ferri aut æris, radix ariſtolochię, ſemen plantagi-
nis, chalcanthum aſſatum, & balauſtia. ¶ *Ad inflammationem gingiuarum.* Collue decocto folio- H
rum oliuæ, & appone gallam. Aliud. Coque in vino cocto folia oliuæ, & gallam. ¶ *Ad gingiuas
denigratas & putridas.* Confert fricatio ex fæce vini vſta: abſtergit enim, mundificat, & albificat.
¶ *Ad gingiuas ſanguinolentas.* Confert miſſio ſanguinis à cephalica, & ſcalpellatio gingiuarum.
confert etiam ſuccus hyoſcyami vel eius decoctum cum ſapa, ſi retineatur in ore. Aliud. Ex-
tremitates lentiſci & balauſtia coque in poſca, & collue. Aliud. Radicem rubi coque in vino
& os collue, vel rhun & gallam coque in vino: & vtere ſimiliter. }

### *Ad uuulæ morbos.* CAP. 18.

Gallam tritam per ſe admoueto digito oleo intincto, aut in cochlearium inijciens applica.
Aliud. Spinæ ægyptię ſemen tritum atq; aridum appone. Aliud. Caricas cum oleæ folijs eſui
dato. Succum cyrenaicum cum ſale arefactum apponito, prius gargarizatione ex aqua calida
facta. Aut fiſſum alumen vſtum diligenter admotum iuuat. Aut ſtellionem viteis lignis crema- *
tum imponito, & bene facit. Aliud. Rubi cauliculos ex melle & pice liquida maceratos cir-
cunda. Aliud. Lapidis agerati quaſi nunquam ſeneſcentis florem admiſtum gargarizandum *
dato.

A dato. Aut braſſicæ ſucco admiſtum alumem fiſſum & gargarizatum mirifice prodeſt. *Vſtorium uuulæ apponendum.* Miſy & calcem viuam æquis portionibus reſina terebinthina excipe, & ſubde, retinendamq; permitte: intra horas tres aufert. Item proficit ad vuæ affectum picis recrementum, quod ex Cilicia aduehitur, cochleario exceptum & ſubditum. Et vuæ acerbæ ſuccus ex melle, aut prædulci vino. Dicitur autem incolumem ſeruare columellam, ſiquis vuuæ acinos quotannis ieiunus deuoret, & nunquam eius partis affectu vexabitur. Iiſdem præterea gargariſmatis in columellæ vitijs vtendum eſt, quæ ad tonſillas affectas deſcribentur: Primum atq; inter initia iube aqua calida os fouere, deīde frigida gargarizare, aut poſca, aut mali punici dulci ſucco ad mellis craſſitudinem decocto & aceto mulſo eliquato: aut dracunculi ſucco gargarizet, & optime proficiēt.

*Extralatione veteri.*

{ ¶ *Ad uuulam phlegmonem patientem.* Cōfert glycirhizæ ſuccus cū melle appoſitus & terra ſigillata & fructus ſpinæ ægyptiacæ. Mitiora autem ſunt hæc gummi arabicum, tragacanthum, ſarcocolla appoſita. }

*Ad inflammationes tonſillarum & anginas.* CAP. 19.

Id vero benefacit in tonſillarum tumoribus. Myrteas baccas præparantes melle, abſinthio, & dracūculo inungere conſueuerunt. hoc autem medicamētum illitum, aut cum aliquo gargarizatum mirum in modum prodeſt. Quòd ſi aliquæ phlegmones reliquię ſuperſint, tōſillæq; exaſpe-
B ratæ ſint, lacte planè calido per ſe, aut cum ſupra poſitorum aliquo vtendum eſt: aut furfuribus aqua elixis, aut mulſa, aut furfurum decocto: aut dulcis radicis, aqua calida farinam ſubigens bis aut ter, ſucco utere: aut gallinæ hœdi'ue iuſculo: aut hordeum cortice liberatum vnà cum paſſulis decoque: aut maluæ decocto per ſe vtere: aut vnà cum melle maluā elixa, aut cum lupinis & paſſo & utitor. ¶ *Ad tonſillarum tumores & anginas.* Dulcis radicis ſuccum eliquans vtere. Q, ſi cruſtæ factæ ſint, ad has remouendas, mulſa gargarizandum eſt, aut lentis decocto per ſe, aut cum hyſſopo, aut iride. Vel etiam oliuarum ſalſarum aqua gargarizetur: Aut croci parum & myrrhæ cum modico paſſi inferueſcant: aut ficis elixis hordei farinam permiſce, ſuccūq; exprimens percola, & ſucco utere: aut ficorum decocto ſinapis modicum adijciens gargarizandum propina, pituitam nāq; detrahit, & phlegmonem diſcutit. ¶ *Ad abſceſſus in tonſillis.* Aliquod ex ijs, quæ ſupra comprehenſa ſunt, proficit. Item aphronitro contrito locum tange, interdum autem & florem nitri adiunge: ſeparat enim cruſtas, & abſceſſus attenuat, ſi per collutionem propinetur. Et lixiuio percolato marrubij ſuccus dilutus vtiliter exhibetur: Aut ipſum marrubium in mulſa coctum: Aut rutæ decoctum cum marrubio aut per ſe, aut in mulſa elixo ſubſidio eſt. Item & rutæ ſuccus gargarizatus, & erui decoctum ſimiliter prodeſt: Aut miſy cum galla immatura miſtum:
C Aut myrtum liquido alumini ac melli paribus portionibus tritam miſcens illine. hoc remedium non cruſtas ſolum abijcit, verum etiam antiadas à Græcis vocatas glandulas mirifice diſſipat: aut porcelli cruore manus imbuens, ter laborantis collum attinge. Aliud. Cochleas teſta nudatas in ollam inijce, deinde torreas, & in cinerem redigens, puro melle ac leni excipe, atq; perunge. vis eius incredibilis eſt.

*Ad interruptam ſubmiſſamq; uocem.* CAP. 20.

Bulbos duos crudos ex melle eſui dato: auxiliatur & fici decoctum cum thure & myrrha gargarizatum: ad idem facit & ſulfur ignem non expertum in ouis deuoratum cochleariorum duorum aut trium pondere. Aliud. Accipe amygdalas amaras .xx. ſeminis lini aſſi drachmas quatuor, tragacanthę aqua maceratæ drachmas duas, nucleos pini triginta: melle excipe, & vtere.

Aliud. Pulegij drachmas quatuor, ſeminis lini, piperis, calamenti, añ. drachmas duas: petroſelini drach. vnā: mellis, lib. j. ¶ *Ad eos qui propè ſuffocantur.* Humanum ſtercus in panniculo deligatum & crematum potui dato. hoc iam ſuffocatis opem fert. Aliud. Et caprinum ſtercus cum melle & liquida pice illitum angina laborantibus ſumme prodeſt: aut rutę ſucco & lacte per ſtrigilem tranſmiſſo laborantis fauces collue: multam enim lachrymam detrahit, & malum leuat.
D Aliud. Vrina aſſidue gargarizata ſanitatem reſtituit, vnà vero & ſuccum braſſicæ gargarizare oportet. ¶ *Ad puerorum cruſtas in faucibus.* Prius inungito, deinde vinum, in quo ariſtolochia decocta fuerit, gargarizetur: citiſſime curabitur.

*Ad oſſa deuorata, aliaq; omnia ex gutture excutienda.* CAP. 22.

Aquæ & olei parem modum in os fundens contineto, quoad rem deuoratam eijciat, ſiquis comedens aliquid deuorauerit, & ſuffocetur, ex eadem re, quam comedebat, particulam vtrique auri ſuperimponat ac ſuper caput: res enim deuorata ſtrangulanſq; deſcendet. ¶ *Ad hirudines ex gutture eijciendas.* Marina aqua gargarizetur. Aliud. Olei, aut ſucci cyrenaici magnitudo erui ex vino puro calida potui detur, aut ſuccum anagallidis, aut acetum acre cum thymo propina, poſtea calenti aqua gargarizetur.

*Ad diſtillationes.* CAP. 21.

Caſeus antiquus in cibum ſumptus iuuat: ipſas enim reſiccat. Oleo veteri nares aſſidue perunge: Aut ſulfure & myrrha contrita cum vino & melle & oleo.

*Ad tuſſes.*

*Ad tuſſes.* CAP. 23. E

Fici puro vino madefacti & in cibum ſumpti bene faciũt. Aliud. Reſina terebinthina in melle cocta linctui detur, poſtea vinum merum dulce ſorbẽdum exhibeatur. Aliud pueris magis commodum. Coagulum purum elixum melle comprehende, & exhibe. Aliud. Cãnem lycurgum vocatum excoriatum epulandum appone. Aliud. Allium ex melle decoctũ ſuccurrit tuſſientibus. Aliud. Scillam accipito, & eius ſummum excauato, in cauo coniͤce ouũ, locumq́ꝫ creta obtege, & aſſans edendum exhibe. ℂ *Ad tuſſientes aſſidue.* Hyſſopi faſciculum in aqua ad tertias decoquens, ieiuno per triginta dies calidam potui dato, pueris vero etiam cum caricis. Aliud. Pernam contundens & inſtar farinæ in locum affectum ſpargens, iuuat: Hoc idem & ſanguinis ex ore eiectioni ſuccurrit egregie. Aliud. Sinapi tuſum tritumq́ꝫ cochlearij menſura cum vini cyathis duobus deinceps per dies tres bibendum dato. ℂ *Ad nocturnas tuſſes.* Mentam tritam in acetum coniͤce, & ſorbendum propina. *Suffitus ad tuſſim.* Styracis, maſtiches, piperis, petroſelini, ana. drach. vnam: ſandaracæ drach. ſex: baccam lauri vnam: impone carbonibus accenſis, & per calamum æger fumum excipiat.

*Ad aſthmaticos, id eſt ſuſpirioſos.* CAP. 24.

F Vinum, aut mulſam, vbi ſcilla decocta fuerit, propinato. Facit & pulmo vulpis ſiccatus, & tritus ex vino nigro potui datus, Aliud. Naſturtium album tuſum & melli miſtum lingẽdum exhibeto. ℂ *Ad ſpiritus difficultatem.* Ouium pilos, qui circum anum ſunt, accipe, hosq́ꝫ vſtos ac tritos in paſſo propinato. Aliud. Sulfur ignem non expertum ex vini cyathis quatuor potui dato. ℂ *Ad recta ceruice ſpirantes.* Radiculam ex aqua calida propinato. Aliud. Sedum ex melle tritum linctui dato, aut bulbum, aut abrotonum, aut halicam ex mulſa, aut hyſſopum in mulſa coctum, aut herbam ſtœchada, aut caſtoreum ex dulci vino, aut ſcillæ intranea ex aceto mulſo.

*Ad ſanguinis ex ore profuſionem.* CAP. 25.

Symphyti herbæ radice, quanta poteſt, veſcatur, eodemq́ꝫ die acetum ne guſtato. Aliud. Terram ſamiam dato, interdum cum ſucco herbæ ſanguinalis, interdum per ſe. Dicebat autẽ Hippio centaurius, ad ſanguinis eruptionem magnifice proficit vrticæ ſuccus ex vini cyathis tribus epotus: iuuat præterea acetum abſorptum præcipue ſcillinum: item & mentæ ſuccus & tragacanthæ ſub lingua contentus.

*Ad eos quibus ex aliqua ui in interiora ſanguis erupit.* CAP. 26.

G Accipe uitis cinerem aceto extinctum, plusq́ꝫ aceti ſuperfundens eliqua, & per panniculum excola, id modica aqua temperatum propina cochliariorum ſex menſura: hoc & locum ſanguinem fundentem adſtringit, & concretum ſanguinem, deuoratum liquat & excernit, & cruoris profluuium compeſcit: eſt enim ſanguinis in interioribus locis exitus repreſſiuum. ℂ *Ad omne ſanguinis profluuium.* Symphyton herbam ex aceto faciei ſuperdato, ſi ex naribus ſanguis decurrat: ſi ex pectore feratur, thoraci: ſi ex veſica, aut utero, aut renibus, coxendicibus imponito.

*Ad ſanguineum ſputum, & tabem uel phthiſim.* CAP. 27.

Gũmmi partem nigram paſſo elixam exhibe ſub lingua continendam ac deuorandam: ad ſputum enim ſanguinis & tuſſim gũmmi nigra pars vehementer facit. ℂ *Ad phthiſim non perfectam ſanandam.* Pulmo cerui calamo extractus & arefactus conteratur, ipſius cochlearia tria ex mellis cyathis tribus exhibeantur: deinde paucis diebus interpoſitis iterũ propinetur. ℂ *Ad phthiſicos, & purulenta ſanguineaq́ꝫ ſputa reijcientes.* Vtimur ſalito caſeo, eum cum pane eſui dantes, ipſum ita colluentes aqua ter & quater donec aqua ſalſa non reddatur: ipſum deinde charta inuoluẽtes cremamus, damusq́ꝫ ſine oleo exiguum mulſi infundentes. Herophilus autem ſalitum caſeum ſolum cum pane exhibet: poſtea vero aquam potandam iubet, dicẽs cum ſal in caſeo aluum perturbat, vinum quidem datum ſoluit. Vtimur & ſcilla toſta cum ſalſamento in ipſa, & vehementer purgantur: item & porro cum pane: Poſtea cum diligenter purgati eſſe videbuntur, ſi infirmiores fuerint, ipſos carnibus & alijs id genus reficimus. Eadem ratiõe utimur in ijs, quæ ad purgationem attinent, vbi abſceſſus eruperint. Herba quoq́ꝫ piſcis vocata cum axungia non ſalita eſui data ſanguinem reijcientes ac tuſſientes mirifice adiuuat. {ℂ *Ad ſputum ſanguinis.* Iuuat etiã terra ſigillata, & trochiſci de charabe, & trochiſci de corallo, & theriaca data in lecto.} H

Ex tralatione veteri.

*Ad lateris phlegmonen.* CAP. 28.

Radicis corticem in potum exhibe, cuminum, quo in obſonijs vtimur, in aquam iniͤce & bibendã ꝑbe. Aliud. Rutæ colliculos quinq́ꝫ contritos quotidie dato: aut herbæ ſtœchadis q̃tũ tribus digitis capi põt. Itẽ trifolij ſemen, aut panacis radicẽ, aut aiugã ſilr̃ potui dato. {ℂ *Ad pleuritidem.* Si quidẽ vſq́ꝫ ad clauiculã ꝑuenerit dolor, mittẽdus ſanguis eſt. Si vero ad pręcordia deſcendat, corpus eſt purgandum, & vtendum clyſteribus fortibus: ſi dolor fuerit moderatus, danda eſt aqua mulſa & ptiſanæ cremor aut chondri. In proceſſu vero morbi permiſcendum ſorbitioni calamentum vel marrubium: confert etiam ſemẽ vrticæ cum melle. Ad fortiores autem dolores vtendum eſt ſacculis è milio & furfure: vel fomentis ex aqua calida aut oleo in aliqua veſica poſito

Ex tralatione veteri.

A ca poſito vel lana ſuccida infuſa oleo & vino habente ſal. Poſt ſeptimum vero diem et emplaſtro dicto rutaceo vtemur. Multoties aũt bulbi cum axungia ſuffecerunt. Dandum eſt & electuariũ quod fit ex pineis & amygdalis amaris, & ſemine lini & amylo. ¶ *Vnguentum bonum.* Recipe bdellium, coſtum, cauliculos caulium combuſtos & redactos i cinerem, permiſce cum adipe: hoc enim medicamentum præclare diſcutit. }

*Ad erigendas diſtendendasq; mammas pendulas ac flaccidas.* CAP. 29.

Terram ſcriptoriam capiens & cum melle elixans panniculo illitam imponito à ſummo mane vſq; ad veſperam, deinde ſpongiam ex olla ſuperaddito, quoad cataplaſma abduxeris: hoc autem & erectas & turgidas mammas facit. Craſſius autem cataplaſma imponas, ſi vis ipſum efficacius reddere, & gallæ acerbæ vnciam vnam admiſce. ¶ *Vt mammæ plures annos molles ſint.* Ex cicuta caryſtia cataplaſma facito. ¶ *Vt mammæ maiores ne fiant.* Porcellum diſſecans cruore mammas obline, amplius non augeſcent. ¶ *Ad lac ſiccandum.* Cretarium aceto maceratum illitum & impoſitum lac areſacit. { ¶ *De mamillis & primo de apoſtaſi mamillarum.* Cimoliam, libanotidem, & oleum roſatum permiſce, & appone. Aliud. In principio infunde ſpongiam in poſca tepida & exprime, appone, & ſuperliga. Aliud. Palmulas & micam panis tere, permiſce cum poſca, & appone tepidum. Aliud. Coriandrum & pſylium cum ceroto appone. Aliud. Panem & herbam muralem viridem cum ceroto cataplaſmabis per diem. Aliud. Panem cum aqua mulſa vel melle & vino cataplaſmes: ſi vero non tolerant grauedinem mamillæ, perfunde oleo calido & lana ſuccida molli, vel decoctione fœnugræci, vel altheę, vel ſeminis lini. ¶ *Ad attrabendum lac.* Siſamum ex vino dulci da bibere. Aliud. Anethum vel ſemen eius coque cum carnibus, vel cum facientibus lac abundare. Aliud. Porrum coque in aqua & da bibere eius decoctionem, vel porrum tere, & cola, & da aquam bibere. Aliud. Succum fœniculi da bibere. Aliud. Radicem fœniculi & hordeum aſſum coque in aqua, & permiſce butyrum, & da bibere. Aliud. Decoctionem hippomarathri da bibere, da etiam comedere ipſum fœniculum. Aliud. Cardamomum cum vino da bibere. Aliud. Semen agni caſti da cum vino bibere. Aliud. Succum bletę da bibere. Oportet autem abſtinere ab acutis, & ſalſis & acidis, & oleribus crudis. ¶ *Vt mamillæ remaneant tenſæ diu.* Cyminum terens cataplaſma cum aqua, deinde ſpongiam infuſam in oxycrato ſuperappone & liga: poſt tres autem dies aufer cyminum, & cataplaſma mamillas cum radice lilij & melle, & dimitte tribus diebus: & hoc fac ter in menſe. }

Ex tralatione veteri. B

C *Ad fœtidos ſudores, & alarum tetros odores.* CAP. 30.

*Aſaro alas ſubline à balneo & ſummo mane quotidie aut alumine liquido perunge quotidie, aut ocymi ſemine ex vino & melle illinito: hoc odores fœdos alarum diſcutit: Aut puluerem tenuem admoue.*

*Ad uitio ſtomachi laborantes.* CAP. 31.

Cedri liquoris cochlearia duo, olei immaturi cyathum in vnum miſcens ſorbendum dato: id
* omnem dolorem funditus tollit. eſt aũt Serãpionis, fidẽq; hoium ſuperat. Aliud. Aniſum in panniculo ſucci plenum deligato, & in aquam calidam conijcito, & ſorbere iubeto. ¶ *Ad imbecillos & nauſeantes.* Mentæ colliculos duos aut tres mali punici dulcis ſucco atq; aceto inferuefaciens ſorptui dato. Aliud. Sambuci tenera folia ex munda aqua ſi bibantur ſupra fidẽ proficiunt. ¶ *Ad morſus uentriculi ſine bilis uomitu.* Tragoriganum in aqua pari modo macerans ſorbendum exhibeto lactis faciens temperaturam. ¶ *Ad ſtomachi imbecillitates.* Sinapi frictum ex aqua tritum & potum bene facit, ¶ *Epithema ad ſtomachi præcordiorumq; uitio laborantes.* Fecẽm
* aridam cerato myrteo aut roſeo excipe, & vtere. ¶ *Ad ſingultum.* Cum ſemel ſingul-
* tum ſenſit, digitum tuum ſiniſtræ manus, quem ſalutatorium vocant, ter ore contineto: aut ace-
D tum ei ſorbendum dato: aut cuminum, & alicam: aut vomat, & ſingultus ſedabitur: aut ſpiritum contineat: aut ſternutatione vtatur: aut rutam ex vino bibat: aut micam panis aceto madẽtem bibito: aut porcelli oſſiculum manu atterito: Singultus quoq; terror incuſſus finit. { ¶ *Ad dolorem ſtomachi.* Caſtoreum da bibere cum oxycrato, & ſi eſt ventoſitas cauſa, coque in oleo cyminum, & ſemen dauci & petroſelinum, & vnge: & ſi eſt frigiditas, coque in oleo baccas lauri & rutam & nigellam & ſemen fœniculi. In immoderatis autem doloribus fac fomentationem cum milio. Confert etiã ventoſa magna in vmbilico poſita. ¶ *Ad debilitatem ſtomachi.* Confert oleũ de ſucco citoniorum. Aliud. Maſtiches, ſtyracis, an. partes. ij. abſinthij, œnanthes, añ. partes tres: olei malini partes quatuor: vini quod ſufficit: roſarum partes duas: hæc linita aſſume ex purpura, aut lana, & appone ſtomacho.

Ex tralatione veteri

*Ad choleram & uomitum, & uolvulum & uomitum ſtercoris.* CAP. 32.

Vinum olbinum in cholera ex vſu eſt. ſtomacho enim commodat, & ad ventrem bene facit. ¶ *Ad uomitum comprimendum.* Herbæ ſanguinalis ſucco cibos inficito. Aliud. Abſinthiũ in aqua ad tertias decoctum potui dato habitum ægroti conſiderans: centaurium prætérea, aut thymum, aut nigras myrti baccas ſimiliter exhibeto. ¶ *Vt facilis ſit uomitus.* Sanſuci folia

eſui

eſui dato. Aliud. Lixiuio percolato oras poculi oblinito. ℭ *Ad uoluulum minum auxilium, & ad ſtercus uomentes.* Ita facito: oleum, in quo anethum decoctum ſit, bibito: quoad autem elixatur: ægrotum in calidam aquam demitte, & ab olei potu calidas micas eſui cōcedito. ſeruabitur enim etiam ſi iam ſtranguletur. hoc ego principem in noſtra Aſia ſeruaui. ℭ *Ad eos, qui crebro uomunt.* Rhun & cuminum in vnum contundens da ex aceti mulſi cyathis ſex vnciam in potum. ℭ *Ad cholera uexatos ualde efficax.* Menta ex vino ſumpta, ſi febris abſit, herba quinq; folia arida trita ex vini cyathis ſeptem, aut ex aquę calentis cyathis duobus pota ſtatim dolorem leuat. Aliud. Cochlea cum teſta contuſa potui danda eſt. ℭ *Ad ſupprimendum uomitum.* Foliorum & capriolorum vitis ſuccus cum polenta ieiuno in potum detur ex aqua cochlearij pondere. Aliud. Panacis obolum ex vino & oleo calido propinato.

*Ad iecinoris uitia.* CAP. 33.

Petroſelini ſeminis cochlearium, menta inſperſa & epota proficit. Aliud. Herba fumaria vocata in ſuccum ſoluta, & in paſtillos redacta aridaq; indolentiam prębet, ter autem ex aqua pota liberat. Aliud. Lupi iecur denarij pondere ex paſſi ſextario exhibitū bene facit. Aliud. Piperis albi grana nouem, & myrrhæ quod auellanæ magnitudinem æquat, omnia vnà contuſa ſereno cœlo alternis diebus exhibeto ter aut quater. Aliud. Equi iecur pœnū cedrino reponito, deinde chio vino & aqua dilutum exhibeto: quibus enim iecur vlceratum eſt, ne amplius exedatur, efficitur. Aliud. Maluæ ſuccus ex melle potus iecinoroſis medet. Aliud. Haſtulæ regiæ radix pota iecinoris dolores leuat. Aliud. Alba uiola pota confeſtim iecinoroſos dolore liberat. Epithema iecinoroſis commodum. Laſerpitium contuſum veteri axungia comprehende, & linteolo illitum ſuper impone. Aliud. Fico in mulſa decocto & trito abſinthium contuſum quamplurimum admiſceto, & utitor. Aliud. Braſſica cruda ſuperdata iocinoroſis celeriter opitulatur.

*Ad arquatos.* CAP. 34.

Radices acanthi, quod Romani tricardumæam vocant, virides tres, aut aridas quatuor i aqua decoquito, donec dimidium relictum ſit, & expreſſis radicibus aquam potui dato. *Ad auriginem ualde efficax medicamentum, & longa experientia comprobatum.* Raphanos virides cum folijs contunde, & vnius duorum'ue ſuccum ex vini cyatho vno exhibeto: ante balneum vero, ſi ieiunus fuerit, propinato, & in calidum ſolium deſcendere iubeto, videbis enim auriginem aquæ ſupernatantem. quòd ſi contumacior ægritudo fuerit, ſuccum bibere iubeto: aut anchuſæ radicis aridæ cochlearia duo accipiens ex aquæ cyathis tribus potandam dato: aut ſulfuris ignem non experti cochlearia quatuor ex vino, aut herbæ ſabinę vnciam ex mulſo. Ego ſanè & hoc vtor vehementer faciente, aphronitri vncias duas in vini aminæi cyathis duobus macerans, ſub diuoq; noctem integram exponens do ieiuno potandū, idq; facio per tres aut quatuor continuos dies, & ſanitatem reſtituo. Aliud. Herbam hypericon & adianton aquæ incoctam potandam offeras. Aliud. Myricam ex aceto tritam potui da: arquatos curat. Regio morbo affectum in balneum abducens, & in ſolium deſcendere iubens iunci odorati vncias duas ex vini mulſi cyathis tribus potui exhibe: diſcutiet longam auriginem, & liberabit. Aliud. Herba rubia vtere in quotidiano victu abſq; carne ſuilla, ipſam contundens & cribrans da vſq; in ſextum diem cochlearium vnum ex vini quatuor cochlearijs: deinde ſemper ſubtrahens dato vini cochlearia nouem, deinde ſeptem, poſtea quinq;, deinde quatuor, deinde tria. quòd ſi triceſimo die fuerint aliquæ morbi reliquiæ, eadem exhibeto ſimilem ordinem ſeruans. Aliud. Chamæmelum ex aqua potum arquatum pellit, & iecinoroſis vehemēter auxiliatur. Aliud. Radicula ex melle & lacte pota medetur. Aliud. Aſelli, hoc eſt centipedæ ſub aquarijs vaſis repertæ tritę ex mulſo potæ regio morbo liberant. Aliud. Serpillum aquæ incoctum & potui datum auriginem ſubmouet. Aliud. Sulfur ignem non expertum menſura vnius cochlearij aut duorum ex vino potum arquatum curat. Aliud. Ferri ærugo cito liberat. Aliud. Capreæ ſtercus aridum tritum cribratum cochlearij menſura ex vini odorati cyathis quatuor ieiuno & loto exhibe: febricitantibus autem ex aqua eandem portionem. Aliud. Vrſini fellis quantū græcam fabam ęquat, exhibeto, deinde aquam ſuperbibito. Aliud. Sabinæ cyathus ex mulſo potus hoc morbo liberat. Aliud. Thus aquæ incoctum propinato. Aliud. Terreſtrē lumbricum tritum potui dato. Aliud. Ariſtolochiam ex aqua exhibeto. Aliud. Cichorij ſucci cyathos quatuor ſi biberit, ſanabitur. Aliud. In medium balnei conclaue deſcendere iubeto, vt ſudet, & egreſſus ſanus erit. Aliud. Stercoris canini albi cochlearium ex vini optimi cyathis tribus per dies decem propinato: hoc idem ad colicos dolores & inflationes pariter proficit. Medicamentum ad morbum regium, quod in nares fundi debet. Elaterij quātum fabę græcæ amplitudinem æquat, muliebri lacte liquatum in nares fundatur. Aliud Nigella aquæ incocta in nares coniecta in balneo auriginem detrahit.

*Ad lienoſos* CAP. 35.

Rumicis agreſtis radix tūdatur in pila, & tritæ ſuccus exprimatur, & per tres dies ſinguli cya-

thi

A thi bibantur. Aliud. Panacis radix contuſa cochlearij menſura ieiuno ex aqua calidæ cya-
this tribus exhibeatur. ¶ *Ad lienoſos cum præduro tumore.* Capparis radicis corticis vnciam acci
pe, aceti ſextarium ſemis, aquæ ſextarium integrum decoque ad tertias: propina à cibi perfecta
concoctione cyathum vnum duoſ'ue, & hoc per interualla facito. Aliud. Hederę foliorum
aceto incoctorum & cōtuſorum ſuccus expreſſus robuſtis purus potui detur: ſed delicatioribus,
aqua dilutus: antequam bibant autem ipſos concitatius ambulare cogito. Aliud. Centaurij
tenuioris, quod iam conſenuerit, in pila contuſi cochlearium febre carētibus dato. Aliud. Le
porinus lienis recens ita deuoratus, vt ne dentibus attingatur, lienoſos magnifice iuuat: ignoret
autem laborans quid deuorauerit oculis faſcia velatis. Idem facit & catellorum nondū viſum
adeptorum lienis perinde in ventriculum tranſmiſſus. Aliud. Venatorij canis catulum ari-
dum tritum modico nardo adiecto ieiuno exhibe. Dicebat autem Marcellus id quoq; ad lieno-
ſos vehementer facere, ſi cardamomi cochlearium vnū aut duo ex aceti ſcillini cyatho vno duo-
bus'ue ieiuno dentur, idq; per tres dies continuos facito. Aliud. Radices hederæ molles eli
xæ ex vino bibantur, aut crudæ contuſæ ex vino itidem. Aliud. Aſini ſtercus aridum ace-
to diſſolue, & per linteolum excolatū potui dato. Aliud. Raphani ſuccus ex oxymelite ma-
B ceratus per tres dies accipiatur, ſingulis diebus cyathi bini: lienem attenuat. Aliud. Ferri re-
crementi cochlearium ex poſca potui dato. Aliud. Irin longā aceto incoque, & acetum pro-
✱ pinato. Aliud. Elcorōdani cor potui eſuiq; exhibeto. Aliud. Muxin ex aqua elixum,
ſi aridus ſit, ſuccum propinato, muxin vero dicitur lingua cappadocica. Aliud. Stœchadis
triti cochlearium & vini lentiſcini cyatho bibatur. Aliud. Ammoniacā guttam ex aceto tri-
tam ieiuno exhibe cyathi menſura. Aliud. Muris lienem, & piperis grana ſeptem in fico
torreas, & clam epulanda exhibe. *Epithema ad lienoſos.* Lapidem aſiūm in veſicam bubulam
conijcito, & aceto acri madefactam lieni ſuperimponito, ipſum comminues. Aliud. Glan-
dem, qua vnguentarij vtuntur, ex aceto maceratam, & ad cerati craſſitudinem redactam imponi
to. Aliud. Vulpis lienis ſuper locum alligatus lienoſos morbo liberat. Itē hœdi lienis im
poſitus lienem digerit. Aliud. Syluestris braſſica, ſi ex ea cataplaſma fiat, lienoſis medetur.
Aliud. Perſici arboris folia eodem modo impoſita bene faciunt. Aliud. Myricæ ſemē
aceto incoctum, tritum atq; ſuperdatum iuuat. Aliud. Ammoniacam guttam aceto macera-
tam linteolo illitam impone. Aliud. Crocomagma aceto maceratum & ad cerati tempera-
turam redactum imponito: nō amouetur, quoad ex toto ſanauerit. Aliud. Capparis radix
C curioſe trita & linteolo illita ac loco impoſita eodem die opē tulit. ¶ *Ad lienoſos.* Radicis cap-
paris corticem in aquæ libra, & aceti ſemilibra incoquito vſq; ad tertias, & potandam prębe ſex-
quiunciam. Aliud. Hederacea folia aceto inferuefacta contunde, & humorem exprime, ac
robuſtioribus ipſum præbeto: delicatioribus autem aquam admiſceto, ſed prius ipſe ambulato,
atq; ita bibito. Aliud. Capparis radicem tuſam & aceto mulſo incoctam ieiuno potandam
præbeto. Aliud. Accipe cupreſſi baccas, & valide conteras, & erui farinam quātenuiſſimā
in acetum mitte, & vſq; ad emplaſtri temperaturam decoque, lieniq; per triduum impone: poſt
tertium diem ſolue, & emplaſtrum aquæ plenum īuenies. Aliud. Ammoniacam guttam in
ſcillino aceto per triduum demerſam ac læuigatam panniculo illine, atq; impone, neq; amoue,
quoad emplaſtrum decidat. Aliud. Folia ſycamini mori refrigerata & arefacta in vmbra te-
rito, & aridum medicamentum facito grammariorum quatuor pōdere, & cum pauco pipere &
caryophyllis & ex vino mero calido, cum deſcendit in balneum, potui præbeto.

*Potio ad aquam intercutem, ut ea per lotium eijciatur.* CAP. 36.

Æris vſti quantum fabam ægyptiam æquat, fimi columbini vnciam, vini cyathos tres exhi-
D be: eſto autem vnica potio. Aliud à nobis in multis comprobatum. Tithymali characiæ voca-
ti radicem pro ægroti viribus eſui dato: ſtatim enim largiter aquam ducit. Aliud. Granum
cnidium tuſum & cribratum melle comprehende, vt ſordium craſſitudo fiat, & cochlearium ple
num ex vini mulſi cyathis tribus & modico aquæ calidæ ad lactis temperaturam, aut ex ouo ſor
bili propinato: plurimum enim aquæ deijcit. Aliud. Hebuli radicum ſucci cyathi duo, vini
tantundem in vnum miſti & exhibiti liberant abſq; ſtomachi ſubuerſione. Aliud. Grami-
nis decoctum potui datum vrinam citat. Aliud. Solani ſucci cyathi quatuor, mellis cyathi
ſexdecim in potum ſumpti benefaciunt. Aliud. Hyſſopum, & hirci lotium ex paſſo potum
vrinam mouet, perinde & ſi caprini copiam habueris. ¶ *Epithema ad hydropicos.* Hēteram cre
matā diligenter in modum cataplaſmatis impone. Aliud. Raphanos aquæ incoctos, quoad
✱ teneritate flacceſcāt, accipe, deinde hordeacea farina adiecta miſce: decoque, et cataplaſma facito.

*Ad umbilicos procidentes.* CAP. 37.

Ex tralatione veteri. {Gallas combure vel tere, & permiſce cum cortice thuris & albumine oui, & appone.}

*Ad tormina & uentris dolorem.* CAP. 38.

Ariſtolochiæ radicem in vino potui dato: ad tormina, ſingultum, capitis dolorē, & partus dif-
ficultatem bene facit. Sternutatio ad tormina & omnia interna vitia proficit. Aliud. Lych-

nitidis

nitidis herbæ radix lota, dulci vino incocta deinde percolata & pota magnifice prodeſt: ſin minus autem, cibis tuis adijce modicum caſiæ & olyræ non contuſæ. E ¶ *Ad tormina inteſtinorum & uentris.* Cumini fricti & contriti cochlearium vnum duo'ue ex aquæ cyathis tribus potandum eſt, & aduerſus inflationes acetum ferueſacito ac refrigerato: poſtea apij ſemen tuſum admiſceto, ac iterum acetum ferueſacito, ex eoq́ȝ potionem dato. Aliud. Irionem herbam ex aqua tritam potandam dato. Aliud. Ex lampro, quod ſatis eſt, tritum ex aceto ieiuno exhibe.

Aliud. Laurum commanducans ieiunus ſuccum deuorato: partem commanducatam vmbilico imponito: illico tormina finientur. ¶ *Medicamentum ano immittendum alui purgatorium.* In fel tauri lanæ hapſum intingito, anoq́ȝ immittito. Aliud. Gallicum ſaponem lana inuolutū ſubmittito, aut liquidum alumen potius. ¶ *Ad inteſtinorum tormina.* Lentem teneram contuſam cum rubi radice elixam imponito, ac eſui dato. Aliud. Flores mali punicæ domeſticæ acido lacti incoctos contere, & oleum eodem modo infunde, & edendos appone. Aliud. In milium contuſum elixum, vitulinum adipem infunde, & quampinguiſſimum calidiſſimumq́ȝ ſorbēdum exhibe: poſtea gelidiſſimam aquam ſorbeto & confeſtim erit incolumis. Aliud. Gallæ interiorem partem tritam ac lęuigatam accipito, farinaq́ȝ admiſta & oui albo paſtillos effingito, atq; aſſos frangito, vinoq́ȝ non ſalito madefacito, & eſui dato. F ¶ *Medicamentum ad torminoſos, uentriculoſos, & læuore inteſtinorum laborantes, quod per linctum accipitur.* Laſerpitij ramenta melli commiſcens linctui dato. Aliud. Ouum, mel, vinum, mali punici putamina pari portione in vnū miſcens frigito, & piperis modicum inſpergito, ac potionem dato: vehementer facit. Aliud.

Oua tria accipiens in aceto conijcito, ac ita per triduum macerari ſinito: deinde ſimilaginis modicum capiens cum tribus ouis ſubigito: mox aſſans, & meraco vino madefaciens exhibeto.

*Potiones ad torminoſos & uentriculoſos & læuorem inteſtinorum.* Vinum aſtringens, cui rhus obſoniorum vſq; ad tertias incoctus ſit, potandum iubeto, quibus ventriculus male ſe habet. Aliud.

Vinum auſterum, cui galla incocta ſit, illi potui pro uiribus concedito, quorum ventriculus fluctione vexatur. {¶ *Ad tortiones & dolores uentris.* Da cyminum maſtichare & tranſglutire. Ex tralatione veteri.

Aliud. Charthamum & fœnugræcum tere, & coque, & da decoctionem bibēdam. Aliud. Baccas lauri ſiccas & excorticatas tere, & da bibere cochlearia nouem. Aliud. Serpyllum terens da cum vino bibere. Aliud. Decoctionem ſampſuci da cum vino bibere. Aliud. Eringij radicem da cum vino bibere, vel decoctionem ſpicæ vel caſtoreum. *Ad colicam.* Spolium ſerpentis in vaſe æneo frigens cum oleo quouſq; comburatur, diſſolue ipſum in illo oleo, & vnge ex eo cum tuo digito.} G

*Ad uentris profluuium.* CAP. 39.

Callitrichi ex aqua decoctum potui dato. Aliud. Stœbēm, qua ad teſtacea vaſa vti ſolent, ſpinis aſperam, in pila contundito, & aquæ incoquito: & aquam i dolore ventris abſq́ȝ vino propinato, cum febrim habent: cum febre vacant, vinum commiſceto. Aliud. Nucum putamē, quod nucleos includit, tritum ex aqua potui dato cochleariorum triū menſura. Aliud. Cornu ceruinum mollius vſtum cum gallæ pari portione in potum dato. Aliud. Rumicis ſemē contritum & potioni cibo'ue inſperſum optime facit. Aliud. Nucum internum illud, quod inſtar columellę eſt, & capitum papaueris, quod veluti operculū eſt, pari portione ex vino exhibeantur. Aliud. Quernas glandes contuſas & diutius cribratas, vt polentam in vinum auſterum ſpargito, potionemq́ȝ concedito. Aliud. Carabi teſtas frictas & tritas ex aqua porrigito. Aliud. Struthocameli ventriculus & aliarum auium ſimiliter cochleariorum duū menſura ex vino potus febri abſente, præſente vero, ex aqua. Aliud. Thuris grummus fabæ magnitudinis in vini nigri cyatho vno, ſolani ſucci cyathis duobus eliquatus in potū detur. Aliud. I

Gummi albi contuſi vnciam ex vini nigri cyathis ſex bibito: ad idem ano impoſitum facit.

Aliud. Cochleam aphricanam ſumens in eam liquidam picem infunde, & calefactæ carnem exime, & in anum bis aut ter immitte. Aliud. Serpentis ſenium, hoc eſt ſpolium, in vaſe aheneo ex oleo frigēs, quoad in carbonem vertatur, contere, & digito in oleum intincto anum perunge. Aliud. Herba ſacra inferius fouetor, aquā ne attingito. Aliud. Beta ex aceto contuſa, & cataplaſmatis more à ſuperioribus ad inferiora vſq́ȝ impoſita torminoſis magnifice prodeſt. Aliud. Coruōrum oſſa contuſa ventri illinito. ¶ *Ad dolores torminoſorum.* Malum cotoneum aſſum cum cerati roſei pari portione impoſitum illico dolorem leuat. H

*Ad laxioris inteſtini, quod colon uocant, dolores.* CAP. 40.

Oſtreorum teſtæ crematæ & tritæ potui dentur, duarum ligularum modus ſit ex calētis aquæ cyathis tribus. Aliud. Thymum cretenſe aquę uſq; ad tertias incoctum ex attico melle propinetur. Aliud. Sacram radicem tenuem i aquam mitte, & ad dimidias elixa, decoctum per quinq́ȝ dies potui detur, & morbo liberat: hoc in multis probatum eſt. Aliud. Viridis menta elixa per triduum exhibeatur, & nunquam dolebit. Aliud. Lauri ſummitates teneræ ligneæ eſæ per triduum liberant: ollula vero, vbi menta incocta ſit, caue ne per triduum illud terram attingat. ¶ *Ad interſeptum.* Fraxini ligni ramentorum cyathus triduum potui datus ſani-

A tatem reſtituit. *Aliud ad multa faciens.* Cucurbitulam ſyluestrem alexandrinam excauatam nõ ferro, & expurgatam in vini Coi ſextarium mitte, & feruefacito, vinum poſtea ad temperatũ calorem reuerſum bibito, & deambulato: & dolore ſolutus erit. Detrahit multa excremẽta hęc potio, ſalem autem, ne nauſeet, ore contineto: bene facit & ad coxendicis dolores. ¶*Medicamentum ad coli dolores ano immittendum.* Opium hiſpanum lactuca excipe, & in peſſum redactum ſedi immitte. Aliud. Allij nucleolum lixiuio calefactum ex inferiore parte indito, & arido ſtercore detracto ſaneſcet. Aliud. Si coli dolore tentatus dormientem canem expergefecerit, & in locum, vbi canis dormiebat, meierit, ſtatim dolore leuabitur, & canis morietur. ¶*Remedium colicis & inflatis exterius imponendum.* Cerato liguſtrino laſerpitium comprehende, & impone, ego vero & modicum caſtorei admiſceo, & efficacius redditur. ¶*Ad tormina.* Græcum cuminum manducato ac deuorato. Aliud. Cnici contuſi & fœnigræci elixi ſuccum potui offer. Aliud. Pectinem in aqua calida madefactum & ablutum propina. Aliud. Baccarũ lauri aridarum corticis cochlearia nouem in potum dato. ¶*Ad omnes inteſtinos dolores.* Ex inteſtinis dolenti ſiquis pedes lauerit, & ex aqua ea potui dederit, dolor confeſtim euaneſcet.

*Ad inteſtinorum ſciſſuram.* CAP. 41.

B Ægyptiæ ſpinæ radicem & carnes hœdi capræ'ue cum pilis & corio capiens terito, & ſimilagini commiſtas cępas vino temperatas potionem facito: eadem radix & phlegmone pulmonũ laborãtibus in potu auxiliatur: eadem ſuſpenſa tertiana febri & quotidiana liberat, & ex oleo pota vulneribus medetur.

Ex tralatione veteri.

{*Ad renum & coxendicum dolores.* CAP. 42.

Recipe farinam iridis & acetum potens, & permiſce eis reſinam pini & lupinos & pyrethrũ & terebinthinam & ſulfur & nitrum & baccas lauri, & miſcens omnia cum melle appone. }

¶*Ad coxendicis dolores purgatorium.* Tithymalli ſucci guttas quinque in ficum inſtillato, & eſui dato, purgat.

*Medicamenta, quæ exterius impoſita aluum ducunt.* CAP. 43.

Granum cnidium cortice liberatum cerato comprehende, & ventri puerorum ſuper vmbilicum imponito. Aliud. Felle tauri vmbilicum perungito. Aliud. Suillus talus vſtus tritusq́; ex aqua potui detur. Aliud. Herbam anthemin, hoc eſt, chamęmalum ex oleo terito & inungito, ſtatim dolor finietur. Aliud. Reticulum, cuiuſmodi volueris, de mulieris capite detractum capiti laborantis imponito, ſanitatem ei reſtitues: melius fuerit autem, ſi prius calefactum reticulum impoſueris. Aliud. Coriandrum vſtum, oleo maceratum vmbilico ſu-
C perimponito, & lana contegito.

*Ad urinæ difficultatem & calculos.* CAP. 44.

Scorpij vſti edantur, illis autem qui forſitan abhorrerent, cum adipe miſti toſtiq́; clam & citra ſuſpicionem exhibeantur: mirifice proſunt. Calculus etiam per vrinam redditus oliuæ nucleo ſimilis contritus & igne candens, ſi bibatur, eos, q in veſica ſunt, calculos exterit. Felis iecur vſtũ tritumq́; ita, vt bibi poſſit, calculoſis remedio eſt. Iaſpis quoq; lapillus potui datus veſicę calculos diſſipat. Aliud. Vmbilici veneris radix elixa & trita vnciæ pondere in diem ex diluto vino bibatur, ad renum calculos vehementer proficit. Aliud. Succi vuæ immaturæ, & rufę hederæ corymborum par modus ex albo vino teratur, ſucco illinito mictus difficultate male habitos.

¶*Medicamen exterius calculoſis imponendum.* Vrina reddita butyro veteri remollito penem oblinito, & cubitum eunti lana apponatur per triduum. ¶*Epithema urinam proritans.* Calaminthã cum aceto & pipere cerato colligito, & vmbilico ſuperdato. Aliud. In ſanſuci decocto deſideat. Aliud. Herbam perdicion, id eſt parietariam oleo incoctam ſuper locum veſicæ imponito. illico vrina decurret. ¶*Ad calculoſas.* Montana triſago mulſæ incocta potãda offeratur.
D hoc remedio Samius Priſcus vtebatur. Aliud. Albæ hederæ corymbi ex vino poti lapillos confringunt. Aliud. Salicis folia tuſa ex vino auſtero tantiſper accipiantur, dum ſanitas reſtituatur. ¶*Ad eos qui innoluntarie urinam reddunt.* Galli guttur vſtum ligulæ menſura ieiuno ex aqua propinato. Aliud. Leucanthemi flores ſeptem tritos ex aqua potui dato. Aliud. Leporis teſticulum aridum minutatim conciſum ex vino odorato potandum offer. Aliud. Cimices tres contuſos ex vino auſtero propinato per nouem dies. Aliud. Calamintham & myrrham ex aqua ante cœnam potui dato. Aliud. Anſerinas linguas per triduum quoq; die vnam, edendas apponito. Aliud. Rutę ſyluaticæ ſemen per triduum eſui dato. Aliud.

Ex tralatione veteri

Ipſius penis cimolia ex muralis herbæ ſucco oblinatur. {¶*Ad difficultatem mingendi.* Rhun & corymbos hederæ rubeæ tere ex vino albo, & vnge partes quæ ſunt ſub vmbilico patiẽtium dyſuriam. ¶*Ad ſiſtendum exuberantiam urinationis.* Accipe pelliculas quæ ſunt in ventre gallinarũ, & ſicca in ſole: & recipe ex eis drachmam vnam è thure maſculo & glande ſicca & balauſtijs & galla, ana, drach. iij. tere & da ex eis ieiuno cum melle roſato & aqua frigida.

*Ad fœminarum uitia, & primo Ad conceptum.* CAP. 45.

Caricas ieiuna cũ oleæ folijs edito. Aliud. Ruminantis pecudis ſpumam digito ſumens

ex vino in potum exhibe. Aliud. Naſturtium tritum ex aceto per quatriduum edito, poſt- E
quam corpus mundatum fuerit. Aliud. Vulpinum ſtercus in peſſo apponatur, & loci mu-
liebres ſublinãtur, atq; ita venere vtatur. Aliud. Artemiſiam tritam apponito, inunge autẽ
muliebre pudendum gummi, cum à purgatione mẽſtrua tertius fuerit dies, & concipiet. ℭVt
*mulier marem generet.* Alba faſcia puerili dextrum pedem ligato, & coeat. ℭ*Vt fœminam.* Ni-
gra faſcia ſiniſtrum pedem. ℭ*Vt mas concipiatur.* Anſerino adipe & reſina terebinthi loci per-
ungantur per biduum, tertio die cum viro coniungatur, & marem concipiet. ℭ*Vt mas gignatur.*
Vir ſiniſtro teſte ligato venere utatur: Vt fœmina dextro. {ℭ*Ad conceptionem.* Matricem Ex tralatione veteri.
leporis ſicca & tere, & da bibere quando fuerit à menſtruis purgata. ℭ*Ad difficultatem partus.*
Chamæpyteos & aſphaltum pone ſuper carbones, & ſuffumiga vel appone. ℭ *Ad extrahendum*
*fœtum mortuum.* Fellis tauri quantitatẽ amygdalæ diſſoluens in vino lymphato da cochlearia.ij.
bibere, & emittet confeſtim. Aliud. Lycium crudum trito caule iunge cum cedria, & cale-
facias, & da bibere ieiuno. Aliud. Artemiſiam coque ĩ melicrato & da bibere. Aliud. Su
per lapidem quem mordet canis quando proijcitur in eum, poſitum in ſolo tranſeat mulier quæ
patitur difficultatem partus. ℭ*Ad educendum menſtrua.* Praſſium, nepitam, rutam, corticẽ, cel- F
ſi, ana, drach.iij. coque in vino aut aqua, & da bibere. Aliud. De aqua qua diſſoluitur fermẽ
tum vetus quando ſit panis, da bibere. ℭ*Ad dolores matricis.* Pæonię radicem da bibere vel ra
dicem iridis vel ſeminis pæoniæ granula.xv. vel polycariæ aut vrticę ſuccũ appone, vel folia me-
liſſæ cocta in vino. Aliud. Recipe rutam viridem, & tere, & cum butyro & adipe porci fac
vnguentum. *Vt mulier corrupta appareat uirgo.* Recipe gallarum immaturarum, liguſtri, xylo-
caſiæ, roſarum ſiccarum, piperis albi, grani gnidij, ana, hexagium vnum, tere, & prelauata matri-
ce apponat iſta: confert autem & ſemen lapathij acuti tritum & appoſitum.}

CAP. 46.

*Notæ maris & fœminæ in utero.*

Apium inſcia muliere ſuper caput imponito, quodq; primum voce protulerit aut marem aut
fœminam, illud pariet. incorruptæ veritatis hoc ſignum eſt. Aliud. Grauidæ mulieris vri-
nam accipiens duas foueolas facito, in vnam hordeum, in alteram triticum conijcito, deinde vri-
na conſpergito, atq; ita demum terram ſuperiacito, ſi prius triticũ expullulauerit, mas parietur,
ſin vero hordeum, fœmina.

CAP. 47.

*Vt fœtus retineatur.*

Lapis aetites appendatur. Fœtum quoq; & lapis ille retinet, qui ĩ piraſtro adnatus inhæreſcit. * G
iſte ſimiliter penſilis geſtetur. Et maluæ agreſtis radix, quam epiboſcon nominant, appenſa.
Sardonius etiam lapis retinet fœtus vſq; in finem: ventri autem eum deligare oportet. Eſt
herba quoq; ſideritis, cuius appenſu fœtus cuſtodiuntur.

CAP. 48.

*Vt partus acceleretur.*

Bulbi amari triti ex vino dulci potui dentur: illico pariet. Aliud. Dictamum ex vino, aut
aqua propinatum idem facit. Aliud. Suillum lac ex melle bibitum. Aliud. Galbanum
ex aqua tritum, potumq; confeſtim educit fœtum. ℭ*Suffitus ad ægre parientes.* Aiuga ſuper car *
bones poſita, aut bituminis, quo fabri ferrarij utũtur, duplum carbonibus iniectum mirifice pro-
deſt. Aliud. Pulegij faſciculum in aquam calidam mittito, in eaq; mulierem deſidere iube-
to, ipſiq; in aurem dicito, chu, ca, mi, dus. Aliud. Oleum manibus continens eius ilia perfri-
cato, atq; ita dicito. ſecundæ ſiſtite corpus, vbi præceperit vobis magna dei genitrix.

CAP. 49.

*Ad lac creandum.*

Raphanos cum tritico, vino incoctos percola, & vinum potui offeras. Aliud. Aquam cui
furfures cum fœniculi radicibus incoctę ſint, propinato. Aliud. Mulſæ nigellam permiſtam
habentis vncia bibatur. Aliud. Mulſa hederę folia contuſa habens potui detur.

CAP. 50. H

*Ad lac reſiccandum.*

Aqua maris foueto, & aſtringere ſiccareq; valentia ſuperimponito. Aliud. Muriam cali-
dam ſpongijs exprimens, & thuris puluiſculum inſpergens deligato, & chartas eodem modo.
ℭ*Quòd ſi mammæ duræ inflammatæq; fuerint.* Lini ſemine aceto mulſo incocto illine, aut fœno-
græco ſimiliter elixo, aut ſeſamo non loto refrigerato trito & melli admiſto, aut ex ficis cataplaſ-
ma facito. Aliud. Cuminum tritum mulſo temperatum ad cerati craſſitudinem linteolo illi-
tum impone. ℭ*Potio fœtum mortuum, aut non ritu naturali exeuntem eijciens.* Fellis tauri quantum
eſt amygdalum, vini veteris diluti ligulis duabus temperatum potandum offeras: ſtatim fœtum
excludit. Aliud. Ouum crudum cedri lachryma illinito, calefacito, & ieiunæ ſorbendum da-
to. Aliud. Mulſam artemiſiam incoctam habentem propinato. Aliud. Lapis phœnici-
tes vocatus illitu fœtum detrahit. Item lapis demorſus à cane fœtum adhuc imperfectum euocat,
ſi prægnans mulier ſuper ipſum tranſeat, nam quod in ventre eſt, valde cito expellit.

CAP. 51.

*Vt cognoſcatur, mulier an abortum fecerit, & ad abortiendum, & fœtum mortuum ac menſes ducendos.*

Mammæ gracileſcentes abortum ſignificãt. ℭ*Cataplaſma ad abortum impellens.* Vitiæ mun

dæ cyathi

A dæ cyathi duo in ollula ex aceto decoquanẽ, cũ ad dimidiũ conſumptũ fuerit, aloes vncia adijciatur, vt malagmatis inſtar reddaẽ, deinde illinito ab vmbilico ad pectinẽ vſq;, & alligato. ¶*Cataplaſma ad necandum fœtum citra noxã ullamq; ſuſpicionis notã.* Cupreſſi foliorũ partẽ aqua elixã curioſe terito ad malagmatis tẽperaturã, atq; vmbilico & abdomini imponito, faſciaq; deligato, deinde ſupinã iacere iubeto, aut in ſella ſedere, qua in partu mulieres vti ſolẽt, & ſopita ſine dolore fœtũ emittet. ¶*Medicamen diſcriminis expers, ut trimeſtris, aut quadrimeſtris fœtus eijciatur.* Opopanacis obolum accipe, & collyriũ fac, & locis muliebribus ſubmitte: tutũ eſt, atq; in multis expertũ. Aliud. Radiculã tritã melle exceptã peſſis illine paruis, & eos mulieris genitalibus impone: educit hoc ſecũdas & mẽſtrua purgamẽta. Aliud. Artemiſiæ folia teras ex roſeo, & ſordiũ craſſitudinem faciens appone: mẽſes citat. Aliud. Caricas duas & ſemiſſem, nitri obolũ accipe, peſſum facito, & ſubmitte. Aliud. Artemiſiã tritã impone. Aliud. Rutæ agreſtis ſemen immitte. Aliud. Galatites lapis ſuffitus nõ purgatis mulieribus menſes ducit. ¶*Ad mulierẽ, quæ à partu nõ purgetur.* Ari ſemen tritũ ex vino albo ieiuna bibito. ¶*Ad pallorem mulieris à partu.* Panacis radices cõtuſæ ex dulci vino à ieiuna potæ pallorẽ diſcutiunt. Aliud. Flores mali punicæ domeſticæ odorato oleo incocti potui dentur. {Accipe fæcem vini antiqui & radicem lilij, & allia, & lenias, & vnge faciem veſpere, & mane laua: & hoc quouſq; facies rubefiat.}

Ex tralatione veteri.

B

*Ad uentris, mammarum, femorum, coxendicumq; ſciſſuras.* CAP. 52.

Marinã cochleam oblongã cremato & cõterito, deinde oui albo, aut aſinino lacte adiecto illinito. Aliud. Lapidẽ, qui diaphanes, hoc eſt perſpicuus vocatur, contere, contritumq; in ingreſſu balnei, anteq̃ inungaẽ, illinito, viceſimo die ſciſſurę euaneſcent. ¶*Ad ſudores uentris, præcordiorum, femorumq; à partu.* Cimoliæ & pulueris thuris (mãnam vocant) par modus oui albo exceptus cũ liguſtrino cerato illinaẽ. ¶*Ad inflatiões in coxendicibus.* Panis medullã & melanteriã vnã ſubigito, & iponito: bene facit. ¶*Ad prominentes umbilicos.* Gallas vſtas tritaſq; ex aqua ſupdato. ¶*Vt umbilicus à partu magnus ac elegans fiat.* Operculum vrcei chartaceũ ſumẽs pãniculo inuolue, deinde thuris puluiſculũ oui albo cõprehendens illine, & in vmbilicũ mitte, tenaciterq; alligato.

*Ad uteri ſtrangulatus.* CAP. 53.

Teſtudinis terreſtris iecur tritũ in peſſo naturalibus iponito. ¶*Potio ad uteri dolorem.* Leporis cor aridum, & in ramenta conciſum potui detur. ¶*Ad tormina uteri à partu corruptiones, & ſtrangulatus.* Leptoſphæros. i. tenues orbes accipito oboli ſemiſſem, (oreſinema vocant) tribus digitis, & ex dulci bibito. ¶*Ad uteri dolores.* Mali punicæ dulcis radicem ex vino propinato. ¶*Ad
C uteri duritias.* Cuminum tritum & rutę folia pice liquida excepta, & butyro in peſſo ex lana facto impone. ¶*Potio ad mulieres ex utero laborantes.* Caſtoreum cum aneſo, propina. Alia. Cuminũ tritum, & nigellæ ſemiſſem ex aceto mulſo propina.

*Potio ad muliebre profluuium.* CAP. 54.

Peucedani radicis & cupreſſi baccarũ pares portiones ex vino albo potẽtur. Alia. Vuæ nigrę acinorũ arida ſemina ex vino nigro auſtero potui denẽ. Alia. Hædi coagulũ acerrimo aceto maceratũ ieiuno ꝓpinato. Alia. Coralliũ ex nigro vino dato, & cõfeſtim ſupprimeẽ ꝓfluuiũ. Alia. Ferulę cinerem, & papaueris lixiuiũ ex aqua pauxillũ exhibeto: ꝗ ſi largius effluat, ſpongiæ cõbuſtę drach. iij. exhibeto. Alia. Cornu ceruinũ vſtũ potui dato. ¶*Medicamẽta naturalibus imponenda.* Malum punicum in lana more cataplaſmatis appone. Aut mali punici coria elixa in lanaq; trita in peſſo apponenda ſunt. Aliud. Gallæ interiora & thuris tantundem in peſſo accipiens ex aqua appone. Aliud. Pulegium triũ lana munda comprehendens naturalibus impone. Opitulatur etiam ſpongia feruenti aceto madida, & mediocriter expreſſa: femorum præterea coitio, extremorum deligatio, atq; in caput decubitus.

*Vt ne mulierum naturalia in concubitu humeſcant.* CAP. 55.

D Gallæ imaturæ grana quatuor, cinerulę, qua in oculorũ vitijs vti cõſueuerũt myſtra duo terito, in vnũ miſceto, & in vitreo vaſe reponito, ex hoc myſtrũ ſumẽs veteri vino dilutũ eo primis diebus nupta naturalia ſublinat, ac per totã vitã locorũ illorũ humiditatẽ nõ percipiet. Aliud. Gallas per octo dies in aqua macerato, deinde lanã mollẽ ſulfure ſuffumigatã aqua illa madefacito, & nõ expreſſam ſicceſcere ſinito, ex lana peſſum faciẽs naturalibus imittito: in cõgreſſu venereo virgo putabiẽ, deinde lanã tollito, exiccatoq;, atq; iterũ, ſi lubet, vtitor. Aliud. Acuti rumicis ſemẽ tritũ ſubmittẽdum exhibeto, & nõ differẽt à virgine. Aliud. Gallas cõtuſas in aquã demitte, ex qua ſubluãtur mulierũ naturalia, anguſtiora. n. reddẽtur. Aliud. Pãniculos tenues in aquã alumẽ liquatũ habẽtẽ demergito, & exiccato: deinde q̃drati iũci, caſiæ, gallarũ, ſingulorũ partẽ modũ ex vino veteri cõterito, donec mellis craſſitudo fiat: ĩ hoc pãniculos madefaciẽs reſiccato, vtq; imponãt, cõcedito, atq; ita ꝑ duas horas retineãt, vel ꝓut reqrit neceſſitas, & cũ venere vti volẽt, eximãt. Aliud. Melle & nitro vſq; ad pubẽ naturalia oblinito, atq; ita cõcũbito.

*Vt ne cui penis arrigi poſſit.* CAP. 56.

Buccinũ vſtã lotio bonis tomij extinguito: hoc in cibis, aut potionibus, vtitor: quod remanet, ĩ vaſe reponito. Aliud. Paruulũ lignũ appẽdito & deſinit. Aliud. Acutus iuncus impoſitus, vt in figurã cyrici redactus illius, qui cito ſemẽ excernit, ſub ſtragulis veſtibus poſitus impetũ in venerẽ cohibet. Aliud. Coriãdrũ aut pulegiũ ſi frequẽtius edatur, penẽ flaccidũ reddit. Aliud.

Fel torpedinis ſiqs potui det, genitale mẽbrũ minime rigebit. Aliud. Lucernę ſpõte extinctę ſcintillã adhuc viuã ſi in poculũ cõieceris, & potui dederis, ꝑ totã noctẽ penis arrigi nõ poterit. E

{℄ *Ad erectionem pudendi.* Pudendũ intendũt & mouẽt ad coitũ iſta; nucũ pinearũ, piperis, petroſelini, ſcobis pudẽdi ceruini aridi, terebinthinæ, ſingulorũ partes æquales, excipe melle, & ex vino bibẽdas prębe. Aliud. Cicerũ crudorũ, nucũ pinearũ ſingulorũ ptes duas, ſeminũ erucę, piperis albi, ſingulorũ partẽ vnã, mellis quod ſufficit, da cũ vino. Aliud. Vnge pudendum melle anteq̃ coeas. Aliud. Semen erucæ bibendũ exhibe cũ melle. Aliud. Succi erucæ cyathos .ij cũ pipere albo quod ſufficit, da tribus diebus de tertio in tertiũ: vel ſucci erucæ & piperis albi da cochlear vnũ ieiuno. Confert etiã teſta marini erinacei bibita; & lac bouinũ bibitũ. Aliud. Polygonij ſemen & carnẽ piſciũ fluuialiũ ſiccã terẽs bibẽdã præbe, tẽſionẽ .n. facit: Similiter ſemen portulacæ coctũ cũ lacte bouino mire prodeſt: itẽ oua perdicis ſi comedantur. Aliud. Semen porri cũ vino nõ lymphato bibendũ exhibe. Aliud. Succus polygonij bibitus facit prõptiores ad coitũ. Aliud. Aquam in qua extinguit̃ ferrũ bibe cũ vino. Aliud. Teſticuli vulpis ſicci bibe cochlear vnũ. Aliud Expreſſionẽ radicis aſphodeli da bibẽdã. Aliud. Quãdo taurus poſtq̃ co iuerit minxerit terrã cõmiſce, & luto quod fit ex vrina, vnge pudẽdũ. Aliud. Stercore bouis recẽti vnge pudẽdũ. Aliud. Coccon gnidiũ, hoc eſt oleaſtellũ tere, & ꝑmiſce cũ oleo roſato, & vnge. Aliud. Succo verbenacæ vnge pudendum.} F

*Ex tralatiõe veteri.*

*Ad ſomnum conciliandum.* CAP. 57.

Lauri folia inſcripta capiti clanculum ſubijcito, nominans concophon brachereon.

*Ad eos, qui coire nequeunt.* CAP. 58.

Scammoniam ex aqua illinito.

{*Ad morſum uenenoſorum animalium.* CAP. 59.

Ad morſum venenoſorum animaliũ fraxini folia tere, & ex ſucco da cochlearia tria nõ febricitãtibus cũ tribus cyathis vini. Aliud. Corticẽ arboris glãdis, vel erucã quæ in oleribus naſcit̃, vel chamępityn, vel alliũ. vnũ ex his terẽs da cũ vino nõ lymphato ieiuno bibẽdũ. Aliud. Sanguis anatis aduerſat̃ oĩbus venenoſis & mortiferis: hoc idẽ etiã faciũt carnes gallinæ nouiter occiſæ ſi morſibus imponant̃: obſiſtũt .n. oĩbus venenoſis, & curãt præter aſpidis morſum. Aliud. Rutã da cũ vino bibere. Aliud. Cerebrũ gallinæ bibitum iuuat. ℄ *Inunctio ad morſus uiperæ.* Chalbanũ cũ cyprino vnge. Aliud. Serpyllũ cũ aceto ſimiliter inũge. ℄ *Suffumigia fugantia uenenoſa animalia.* Pyrethrum & ſulfur incẽde, & fugient. Aliud. Cornu cerui & eius pinguedo idẽ facit: Pellis etiã & pedes dextri ſi infigant̃ portæ, prohibẽt ingreſſum cuiuslibet venenoſi. Aliud. Pulmo aſini ſi fumiget̃, omne venenoſum fugat. ℄ *Vt uipera nõ mordeat.* Draconteam tere & vnge manũ, & non mordeberis. Fructus vero ipſius herbæ tritus cum aqua & poſitus in equis peregrinãtiũ fugat eas. Aliud. Ex ſucco ſolatri vnge manus. ℄ *Epithema in morſis à uipera.* Viperæ caput abſcindẽs applica partẽ ſanguinolẽtã loco demorſo, liga: & dimitte ſic. ℄ *Fomẽtũ ad morſum uiperæ & muris aranei.* Trifoliũ bituminoſum coque: & decocto calido locũ demorſum foue. Nullus autem fomento illo vtatur qui non patitur: tranſit enim affectus in eum vt putet ſe à vipera vel araneo mure commorſum.} G *

*Ex tralatiõe veteri.*

# LIBER TERTIVS DE MEDICAMENTIS,

## QVAE AD MANVM SVNT,

### GALENO ASCRIPTVS,

Iunio Paulo Craſſo Patauino interprete. H

CENSVRA.

*Liber ordine ac iudicio carens.*

*De gurgulionis, quæ & una dicitur, uitijs curandis.* I.

GVrgulionem male habitũ ita ſanẽ curare poteris. initio phlegmones victus modicus & boni ſucci eſto, ſorbitiões & gargarizationes ex mulſo fiant, aut mulſa, aut ſapa tepida, aut ex aceto mulſo, quod gargarizetur ſolũ & effundatur, & ne deuoretur: mãducetur aũt pyrethrũ, aut piper, aut vna taminea, quam & ſtaphida agrian vocãt: hæc trita cũ nitro, & ſale, palato columellæq; affricta, phlegmonẽ diſſipat: exterius aũt hęc eadẽ ĩpoſita, & alia ſimiliter calefaciẽtia & phlegmonẽ mitigãtia, & dolorẽ leuantia, epithemata vero & cataplaſmata idonea ſunt.

*Ad pendentem columellam.*

Hyſſopi radicẽ & caricarũ ſuccũ vnà miſceto, & gargarizato: perinde & ad tonſillas ac columellam vnà feruefaciens palmulas & lentem gargarizato.

Vt ſine

A *Vt ſine ſiti diu quis conſeruetur.* 2.

Dulcis radicis ſuccus potui detur, aut portulacæ cyathū deuorato. Aliud. Aneſorū pōdo vncia, dulcis radicis ſucci pondo vnciæ duæ, tragacanthæ madefactæ pondo tātūdē, cōficito paſtillos, & in vmbra ſiccato, ex his vnū ſub lingua cōtineto, & ſuccū deſcēdere p̱mittito, & nō ſities.

*Ad grauem auditum & ſurditatem.* 3.

Caprinū fel recēs cum pari portione mellis ad carbones decocti miſtū tepidum in aurem inſtillato. Aliud. Leporis fel recens cum pari mellis portione miſtū & in cępæ corio tepefactum in aurem mitte: hoc enim remediū ei, qui vel nihil audiat, auditum reſtituit. Aliud. Suis manſueti fel pari mellis ad carbones cocti portioni admiſtū tepidū infunde, aut ſcillæ ſuccū & roſaceum miſcēs vtere. Aliud. Erui ſuccū inſtillato, & ſtupā roſaceo imbutā ſuperimponito.

*Ad cœliacos, hoc eſt uentriculoſos.* 4.

Myrteas baccas virides, roſas aridas, malicoria, flores mali punicę ſylueſtris, gallas qnq; mulſo vino ſubigēs in vētriculū mitte: aut fabę cortices vino inferuefactas p̱ clyſteriū inijce: aut lētis decoctę, aut oryzę nō purgatę, aut ſideritidis herbæ ſuccū tepidū perinde p̱ clyſteriū imitte: itē & acacię ſuccū p̱ iferiores partes in vētrē da, aut ceruſam & argēti ſpumā ex melle & vino tritā.

B *Ad uentris tormina.* 5.

Cuminum ex melle eſui dato, & profectum miraberis: aut calami radicem ex vino calicis vnius menſura propinato.

*Ad ſupprimendum alui profluuium.*

Aquam origanum incoctū habētem propinato. Aliud. Sepię teſtam & capillamenta cremata ex vino veteri potui offerto, aut rubi fructus cum folijs ad tertias decoctam propinato. Aliud. Cuminum gręcum & gallam non tritam cremato, & ex vino veteri potui dato cum ad tertias redactum fuerit: id facito per triduum.

*Ad eminentias internas ſciſſuras, ficoſq; in ſede.* 6.

∴ Auripigmenti fiſſi pondo vncias tres, quernæ cariei pondo vncias quatuor, ex omnibus in vnum tritis aridum medicamentum componito: ita vero vtitor, locum prius vrina pueri venerem non experti ſubluito, deinde inſpergito.

*Ad eminentias, quæ intus foriſq; in ano ſunt.*

Laſerpitij radicem tuſam tritamq; ſuperdato.

*Aridum medicamentum ad exeſas gingiuas, denteſq; labantes.* 7.

C Maſtiches pōdo vnciā, thuris pōdo vncias duas, myrrhæ, roſarū aridarū vtriuſq; pondo vncias tres, ſarcocollæ, gallarū vtriuſq; pōdo vncias quatuor, oīa in vnū cōtere, & gingiuas cōſperge, quas prius ſedi, aut myrti, aut lentiſci, aut viticis, aut oleæ foliorum decocto tepido collueris.

*Ad dentium dolorem.* 8.

∴ Aceto, cui hyſſopum, aut origanum incocta ſint, foueto. aut pyrethrum, piper, & zemma, & maſtichen paribus portionibus commanducanda exhibeto. Aliud. Vuæ tamineæ acinos quatuor, maſtiches micas vel grana octo manducari iubeto.

*Ad dentes ob ictum decidentes.*

* Oleo vuuluas paſſas incoctas habēte locum foue, deinde aceto, dolore videlicet exacerbato: triduo interpoſito iterum repete, atq; ita dentes renaſcentur.

*Ad corroſas gingiuas.* 9.

Ariſtolochia ex melle contrita gingiuas conſpergito: aut ceruinum cornu exuſtum, donec albeſcat, & ceruſam, & argenti ſpumam, & nardum, & pumicem cerato comprehende, & illine: aut teſtudinis crematam teſtam ex oleo tritam in gingiuam inſtillato. Aliud. Erucæ ſemen cū ſucco, & capræ fel cum melle, aut nigellam itidem cum melle illinito.

D *Ad oculorum uaria uitia.* 10.

Caprina medulla oblinito, & ſanabis: aut caprinam, ouillam'ue adipem calida aqua madentē imponito: aut lini ſeminis ſucco, aut muliebri lacte madefacito.

*Ad albugines oculorum, Græci leucomata uocant, & cicatrices ueteres pauciſſimis diebus curandas remedium, quod etiam uiſum mirifice exacuit.*

∴ Æruginis raſæ vncias quatuor accipe, ammoniacæ guttę tantundem, cæruſæ vncias duas, gū-
* mi vnciam vnam. Liquidum autem medicamen eſto, cucumeris agreſtis radicis ſuccus. Aliud. Lauri baccarum mundatarum & tritarum, gummi, quantum ſatis ſit, permiſce & fiant collyria, quando vti voles terito, & ex pueri venerem non experti vrina illinito: probatum eſt.

*Ad ægilopas, hoc eſt fiſtulas oculorum.*

Fimi colūbini aridi drachmas q̄tuor accipe, et cū maſculo thure tritas inſpergito: expertū eſt.

*Ad albugines comprobatum, multos enim iuuit.*

Perdicis maſculi felle ex melle illinito. Aliud. Ladani vncias duas terito, ex vino optimo, & oleo, quantum ſatis erit, illinito.

*Ad ſuffuſionem admirabile, quod illico uiſum reſtituit.*

Muris ſanguinem, & galli fel, & muliebre lac æquis ponderibus miſce, & bene ſubactis vtere: probatum eſt enim, & magnifice profuit.

*Aliud ad inueteraſcentes ſuffuſiones, hebetem uiſum, & ad omnia, quæ oculis tenebras offundunt.* E

Baccas lauri cortice liberatas numero decẽ, gũmi drach. ij. ex aqua pluuiatili collyria facito, & illine: ſuffuſos q̃dem ex vrina pueri venerẽ non experti, cæcutientes autem ex aqua pluuiatili.

*Ad oculorum dolores, & uigilias.*

Mulſam inſtillato, & ouum prius coctum, putamine mundatum in duas portiones ſecato, & ſuper oculum deligato, & ſomno occupabitur.

*Ad carbunculos oculorum totiusq; corporis.*

Herbam muralem cum panis micis poſca prius madefactis tritam adhibeto.

*Ad acuendum uiſum.*

Fœniculi caule trito ex melle in nouo alueari facto, & ſuper carbones cocto illinito.

*De ordeolis in palpebris enatis.*

Acacia ex vino vtere. *Ad fluctiones oculorum.*

Oculis fluctione laborantibus initio quidem cibus modicus conuenit, aquæ potus, à venere abſtinentia, & aluus ducatur, primumq; multa frigida modico aceti permiſto aſſidue faciem lauet, & in lectulo olfaciat; puluerem, fumum, lucernæ, ſolisq; ſplendorẽ deuitet: deinde roſas viri- F des vel aridas paſſo madefactas contere, ouiq; vitello admiſtas ſuperdato, aut ex hordei farina paſſo incocta cataplaſma facito. q̃ ſi dolor vehemẽtiſſime cruciet, altercũ quoq; admiſceto.

*Ad capitis uitia diuerſa.* 11.

Cataplaſma ad caput fluctiõe vexatum. Hæc compoſitio caput fluctione tentari non ſinit, neq; oculum male haberi. accipe cimoliæ, nitri, albæ vitis radicis aridæ, cucumeris ſyluatici radicis, fabaceæ farinæ ſingulorum pondo vncias duas, pariter tritis & in vnum redactis ad ſordium craſſitudinem vtere in balneo: longe valentiſſimum remedium eſt.

*Vt manducatu pituita ex capite detrahatur.*

Vuam tamineã & maſtichẽ mãducato, aut maſtichẽ & zingiber: ſi maſtiche dura ſit, parũ ceræ admiſceto. *Ad capitis dolorem.*

Rutam diligenter contere, & ex aceto atq; roſaceo frontem illine.

*Ad capitis ab altera tantum parte dolorem, quem hemicraniam Græci uocant.*

Porri caput comamq; oleo incoquito, ex eo caput perfundito, ſtatimq; dolor tollitur. Aliud. Hederę extrema oleo incoquito, & ex eo caput perfundito, effectum miraberis. Aliud. Amaris amygdalis tritis frontem oblinito. G

*Ad clauos probatiſſimum, etiam ſi in capite ſint.*

Accipe ſandarachæ, aluminis ſciſſi, atramenti ſutorij, myſios, viuæ calcis, ſaponis, ſingulorum parem modum, ſed calcis tantum duplum, tritis ex primo ſaponis iure vtitor: admirabile eſt.

*Ad dolorem capitis hæmicraniam uocatum.*

Accipe erucæ ſeminis vncias tres, rutę viridis vncias ſeptem, piperis grana vnum & triginta, ouorum trium alborem, aceti quod ſatis eſt, omnibus permiſtis illinito frontem. *

*Paſtillus celebris Socratis ad capitis dolorem & hemicraniam, omniaq; ex fluxione uitia mirificus.*

Accipe euphorbij drach. iiij. thapſię ſucci drach. vi. zingiberis drachmam vnã, opij drach. iij. opopanacis drach. ij. oĩa in vnũ ex aceto liquato, paſtillosq; conficito, cũ vti voles, aceto dilue. & fronti illine: ſuffiri etiã poteſt, & ad mẽbrum aliquod fluctione male habitum magnifice ꝓficit.

*Ad clauos & uerrucas appellatas formicinas.* 12.

Clauos enumera, & totidẽ formicas accipe, & ĩ pãniculo lineo raro deligato & cum his ẽt cochleã, deĩde cremato, tritasq; ex aceto oblinito: aut fimũ bubulũ aceto maceratũ ꝑ triduũ ĩponito, oẽsq; claui decidẽt: palmularũ oſſeã partẽ vſtã ac tritã cũ ſale & gutta ammoniaca in ſole ſubigito, ĩponito, & curabis. *Ad dolorem capitis hemicraniam dictum.* 13. H

Lũbricos terreſtes q̃decĩ accipitio, piperis grana q̃ndecim, aceti quod ſatis ſit, oĩa ſimul cõterito, & illinito. *Ad ictus uenenoſarum ferarum.* 14.

A beſtijs venenatis, rabioſoq; cane demorſos ſanat cancri interiorum cinis ex aqua ſemel ac bis potus, quantum manu capere potes.

*Ad dolorem capitis ex uini potu.* 15.

Herbæ ſanguinalis coliculos duos connecte, & ſertum capiti circundato.

*Ad hemicraniam dolorem.* 16.

Naſturtij ſemẽ tuſum cũ oui albo permiſce, frõtiq; impone, & ſtupã ſuperda: aut aquilæ capitis os ſimile ſimili appẽde, perinde & vulturis. Aliud. Lapilli in capite labracis. i. lupi piſcis reperti dolorẽ capitis leuãt, & ad hemicraniã faciunt appenſi dexter dextræ parti, ſiniſter ſiniſtræ.

*Ad defluuium capillorum & barbæ.* 17.

Betam ex myrteo, & polytrichi capillamẽta illinito, aut adiantũ ladanumq; paribus portionibus trita ex immaturo oleo, aut myrteo, aut lentiſcino imponito. Aliud. Ladanũ vino aminæo, & oleo myrteo maceratũ vtroq; ad mellis ſpiſſitudinẽ, caput in balneo perungito: melius eſt autem, quod aliqui polytrichon vocant, ſi portio ſeptima ladano adijciatur, atq; ita illinatur.

*Ad capillos defluentes, ut plures inſtaurentur.*

Murini ſtercoris drach. iij. accipito, calamorum, quos conatelos vocant, drach. iiij. amygdala

amara

A amara numero. lxxij.ſucci balſami,ladani vtriuſq; drach.iiij. polytrichi drach.vij. nardi gallici
drachmã vnã,in pice liqda madefaciens ladanũ vino oleoq; macerato,arida vero in puluerẽ re-
digẽs cũ liqdis permiſce & vtere,quotidie pungens:mihi videt̃ & caluis poſſe capillos reddere.

*Ad tuſſim diuerſa remedia.* 18.

Iuniperi fructus eſu potuq; ſumptus. Aut bdellium epotum. Aut daucus creticus ex vino po-
tus. Aut dracunculi radix pariter elixa & ex melle trita. Aut helenij. Aut perdiciadis herbæ ſuc-
cus tepidus ante cibũ ex aqua potus. Aut ſanguinariç ſuccus eodẽ modo ſumptus. Aut perſona-
tæ radix. Aut pineus nucleus ex aqua potui datus. Aut propolis ſuffita. Aut reſina epota, & te-
rebinthina ſuffita. Aut arſenicũ ſciſſile cum chalbano ſuffitum, & fumus deuoratus. Præterea bi-
tuminis,thuris,ſtyracis,cuminiq; ſuffimentum. Aut cinnamomũ ex melle tepido potũ. Aut cu-
preſſi baccæ contuſæ ex vino cũ myrrha ieiuno exhibitæ. Aut fœniculi radix ſemẽq; vino inco-
cta, & propinata. Aut vinũ,cui viridis ferula incocta ſit. Aut origanum melli incoctum & bibi-
tum. Aut myricæ flos,ſemen,ac folia vino elixa, & potui data. Aut piceæ cortex ex aqua potus.
At albæ populi folia & ramuli ex aqua,aut vino potui oblata. Aut verbaſci radix ex vino in bal-
neo pota. Aut alliũ crudum elixum'ue eſui datum. Aut lanariç herbç radix ex melle ſumpta peſ-
B ſime affectos liberauit. Leporinum ſtercus cõtritum ex vino calido ſumptum arteriç & colu-
mellæ vitijs, & ſpiritus difficultati ſummopere opitulat̃. Ad eadẽ facit & lingua aquilæ collo ſu-
ſpenſa. Aut nucleus pineus integer vſtus tritusq; cũ modico piperis, melle exceptus laborantiq;
exhibitus cochlearij mẽſura. Ad veterẽ tuſſim autẽ leuandã, ſulfur ignẽ nõ expertũ ouo inijci-
to, & in balneo ſorbeto. Aut ſinapi terens miſcẽsq; melli dacolos tres exhibeto. Aut naſturtij
ſemen tritum ex aqua potum cubitum eunti. Aut thus cum melle tritum linctui datum ſummo
mane,aut cubitũ eunti. Aut raphani ſuccus ex melle ſorptus diluculo. Aliud. Iuniperi baccæ
quinq;,aut ſeptem ex melle potæ. Aliud. Accipiant̃ piperis drach.iiij.nucum drach.ij.nucleo-
rum pineorũ,hyſſopi vtriuſq; drach.i.pulegij,iridis,ſeminis vrticæ ſingulorum drach.iiij.mel-
lis quantum ſatis ſit,detur ligulæ menſura. Aliud. Sinapi,cuminum,nigella,naſturtium pari-
bus portionibus vnà conterantur,vino excipito, & propinato. Aliud. Pulegium aſſidue man
ducetur, tritumq;, & vino maceratum bibatur. Aliud. Cumini fricti,nigellæ frictæ vtriuſq;
drach.i.piperis grana quadraginta, vnà trita, & melle fermẽtata ieiuno dato & cubitum eunti.
¶ *Suffumigatio.* Accipe auripigmẽtum ſciſſile,piper,marrubium,hordei farinã,triſaginis, & vi-
tis radicis corticẽ,chamæleucen,maſtichen,crocum,coſtum,oĩa in vnum miſce, & collyria con-
C fice, & *ieiunum ſuffumigato cubitumq; euntẽ.* Aliud. Piper,nuces,auripigmentum ſciſſile ſi-
mul terito, *miſcetoq;* cum melle, & propinato. Aliud. Butyrum,anſerinam adipem,et reſinã
vnà cum melle cõtundito:et ieiuno cubitumq; eunti exhibeto. Aliud. Virgulam fœniculi,ſe-
men piperis vnà terito,et melle fermentata concedito. Aliud. Veſicarium ſolanum cum radi-
cibus elixum potui dato. ¶ *Ad tuſſim reiectionemq; ſanguinis.* Accipe coſti, cinnamomi,rhei bar-
bari,ſingulorum drachmam vnã,ſimul et trita,et in vnum corpus redacta ex vino tepido propi
nato. ¶ *Aliud ad tabeſcentes faciens.* Accipe thuris,piperis,auripigmenti ſciſſilis,cariophylli,ſin-
gulorum parẽ modum,oĩa conterito ex melle,et fermẽtata concedito diluculo,et cubitũ eunti.
Aut auripigmentum ſciſſile pro ſale in ouum ſorbile mittito,et ſorbeto ieiunus. Aut arſenicum
tritum ex vino tepido in balneo propinato. Aut arſenicum ſiſſile et vitellum oui miſceto,et bã-
bici illinito,et per inſtrumẽtum,quod cichonen Græci vocant,ſuffumigato. Cum vero laborãs
ſuffumigio triſtabitur,ipſi butyrum ad auellanæ nucis magnitudinem deuorandum exhibeto:
iterumq; ſuffumigato.id autẽ ſepties repetes. Aliud. Styracem bonum et braſſicç ſuccum vnà
terito,et fermentata ieiuno,aut cubitum eunti exhibeto. Aut laurei olei et vini boni accipe ſin-
gulorum drach.iij.miſce,et tepidum in balneo propina,et œnelço.i.vino oleoq; miſto in olla ca
D lefacto ſtomachum foue. Oenelæum phthiſico potui ne dato,ſed œnelæum curioſe paratum
calefacito,et ſpongia ſtomachum foueto. Aliud. Lupinorum decocto calido myrrhã ſtacten
vocatam madefacito,et pedes tuſſientis foueto, et ſpongia detergens inungito butyro, deinde
iterum foueto.hoc ter facto curabitur. Aliud. Hederæ granis,aut lignis,aut folijs tuſſientem
ſuffumigato. Aut reſinam ex vino veteri tritam ieiuno propinato. Aut agreſtis canabis ſemen
tritum ex aqua,aut cedri liquorem ieiuno potui dato. Aut hyſſopum et pulegium in poſca in-
coctum. Aut berohicẽ melle ſubactam edendã offeras. Et raphani aſſi mane ac veſperi ſi edant̃,
benefaciunt,et chamæleuce ſuffita. Aliud. Baccas laureas cum pipere, & nucleos pineos ex
melle dato mane et cubitum eunti. ¶ *Ad tuſſientes,arteriam aſperam,uocem amiſſam,& ſanguineum ſpu-
tum.* Accipe tragacanthæ,gummi,vtriuſq; drachmam vnam,myrrhæ bonç tantundem,dulcis
radicis ſucci ac vini dulcis quãtum ſatis eſt,omnia contuſa in vnum redige:cum trita fuerint,ari-
da cum reliquis miſce. ¶ *Aliud ad tuſſiculam & ulceratam arteriam.* Accipe terebinthinæ,gummi,
mellis boni,ſingulorum vnciam:& terebinthinæ prius elixç gummi addijce, & exhibe oleç ma-
gnitudinem ore cõtinendam. Aliud. Gũmi,lycij,vtriuſq; vncias quatuor in aquã mitte,mace-
rariq; ſinito,deinde heminam cretici paſſi infunde, & feruefacito vſq; ad ſordium ſpiſſitudinẽ,
& delingẽdum præbeto. ¶ *Aliud,ad tuſſiculas,fremitus,& ſanguinis ſcreatum.* Accipe tragacanthæ

drach.ij.lini ſeminis fricti drach.iiij.amygdala delibrata decem,nucleum pineum adipi incoctũ, E
tragacanthã aqua calente madefacito,& reliqua admiſceto,paſſumq́ꝫ infundens conterito. Ad
vocem aũt amiſſam,& ſanguineum ſputum,pro paſſo melle vtitor. Aliud. Raphanum in ta-
leas rotũdas concidito,& ſuper prunas aſſato, ex melleq́ꝫ ieiunus edito. ℭ*Ad tuſſim diuturnam.*
Accipe piperis drachmã,lupinorum farinæ.ℒℒ.tres,& mellis ligulam ſorbẽdũ dato. Aliud.
Auriculæ porcinæ os perforatum collo alligatum à tuſſi futura cuſtodit. ℭ*Ad tuſſim,columellæ ui-
tia,& tonſillarum phlegmonem.* Lapilli in nidis pullorum hirundinum reperti,appenſiq́ꝫ,à tuſſi tu-
tum reddunt. ℭ*Ad tuſſim & uitia radicis uuæ,& diſtillationem.* Accipe zingiberis drach.i.chalbani,
opij,ſtyracis,ſingulorum tantundem,paſſo excipe,& globulos erui magnitudinis conficito, &
loco pilulæ duos cubitum eunti concedito,& paſſum dilutum poſtea ſorbeto. Aliud. Zingi-
beris,ſtyracis ſingulorum drachmas quatuor,paſſo excipito, & inſtar erui conficito, & cubitũ
eunti pro pilulis tria dato,paſſumq́ꝫ dilutũ poſtea ſorbeto. ℭ*Ad diſtillationem & tuſſim probatum.*
Accipe papaueris lachrymæ drach.iij.caſtorei drach.i.confice paſtillos erui magnitudinis,&
eũti cubitũ pro eius viribus dato. Aliud. Quo vtebať ſapientiſſimus Alexander. Accipe py-
rethri drach.ij.coſti drach.i.tũde & cribra,in vtẽdo autẽ iube nares tãgere,ſtatimq́ꝫ conſtringe.
ℭ*Ad arteriam ex diſtillante pituita laborantẽ,& tuſſim.* Accipe ſtyracis drach.viij.caſtorei drach.iiij. F
zingiberis,chalbani,vtriuſq; tãtundem,in vnum miſceto,paſtillosq́; magnitudinem erui ęquã-
tes efficito,& de nocte duos,tres'ue exhibeto,poſteaq́ꝫ bibat,ſed non illico,& iuuabitur.

*Medicamentum capiti inſpergendum eius fluxionem finiens.* 19.

Accipe hyperici,iunci odorati,iridis,ligni balſami,ſingulorũ vnciã vnã,cõtuſa cretaq́ꝫ caluar-
rię inſpergito. Aliud. Caluarię inſpergendum exſiccatorium. Accipe coſti,foliorum,malaba-
thri, gallarum,ſpicæ nardi,iridis,nardi gallici,roſarum aridarũ,ſingulorum vnciam vnam, tuſa
cribrataq́ꝫ inſpergito, Aliud. Erucæ ſeminis,gallarum,iunci odorati,ſanſuci,coſti,iridis,ligni
balſami,ſingulorum vnciam vnam,tuſis cretiſq́ꝫ caput conſpergito.

*Medicamentum,quo hyeme per manducationem ex capite pituita detrahitur.* 20.

Accipe hyſſopi,origani,vtriuſq; drach.iiij.pulegij drach.ij.calaminthæ drach.vnã.pyrethri,
drach.ij,vuæ taminiæ,marrubij,ſinapis,ſingulorum drach.i.ſapæ,aceti,vtriuſq; ſextariũ vnum,
oĩa in vnum miſceto,& vſq; ad tertias decoquito,& gargarizato. Aliud eiuſdẽ facultatis,quo
verno tẽpore vtendũ eſt. Accipe hyſſopi vncias.iiij.origani vncias.iij.pulegij vncias.ij.cala-
minthæ vnciam.i.ſapæ ſextarium vnum,aceti ſextarios tres. Aliud quo æſtate & autũno vtẽ-
dum. Accipe hyſſopi vnc.iiij.origani vnc.tres,pulegij vnc.ij.calaminthæ, ſpicæ,nardi, caryo- G
phyllorum,ſingulorũ vnciam vnã,cinnami vnc.iij.marrubij vnc.iiij.iridis vnc.tres,cyperi vnc.
duas,pyrethri vnc.vnã,ſapę,aceti,vtriuſq; ſextarium vnum:decoque vſq; ad tertias,& vtere.

*Ad diſtillationem.* 21.

Accipe origani faſciculos duos,pulegij faſciculum vnum,cum aceto in mundam ollam de-
mittito,item caricas ſex,vuæ paſſæ acinos duodecim,omniaq́ꝫ decoquito vſq; ad tertias, mox
percolato,& in poculum conijcito,ac gargarizato.

*Ad humores in pectore contentos.* 22.

Vrticæ folia cum hordei cremore decocta exhibeto,hoc inflationes digerit,& materiam ex
pectore euocat.

*Ad tuſſim,ſpiritus difficultatem à ſtomacho,& ſanguinea ſputa.* 23.

Nouã ſpongiã & candidã accipito,huius vſtę tritæq́ꝫ cinerẽ cũ melle & pipere,q̃tum ſatis eſt,
cõmiſceto,in eamq́ꝫ formã redigito,vt delingi poſſit,veſperiq́ꝫ à cœna,q̃tũ tribus digitis capere
potes,accipito. *Ad anginam.* 24.
Bouis maſculi felle collum oblinito. *Ad tuſſim aridam.* 25.
Fœnumgræcum vſq; ad tertiam partem delixato,iuſculumq́ꝫ ſummo mane ex melle ꝓpinato. H

*Paſtillus ad tuſſim fluxionemq́; pectoris.* 26.

Accipe pulegij,hyſſopi,piperis,naſturtij,ſingulorum vnc.vnam,melle comprehende,& pa-
ſtillos effice,ſingulos vnciæ pondus æquantes,his vtitor.

*Ad tonſillarum uitia.* 27.

Salicis folia & ſemẽ in aqua diutius feruefacito,gargarizandãq́ꝫ exhibeto:hoc pinguẽ pituitã
maxime detrahit,& ad anginã bene facit. Aliud. Ex myrti lẽticulęq́ꝫ decocto gargarizari ꝑci-
pito. *Ad anginam.* 28.
Caprinum ſtercus ex melle gargarizato,aut rutæ ſucco ore adaperto fauces ſublinito.

*Ad diſtillationem.* 29.

Hyſſopum,ficos,mel,ac rutam aquæ incoquito,eamq́ꝫ gargarizato.

*Ad uocis claritatem.* 30.

Tragacantha vino madefacta & epota vocem claram præſtat.

*Ad amiſſam uocem.* 31.

Styracem aqua maceratum in globulos ciceris magnitudinis redigito,tres exhibeto: & ſta-
tim voce recuperata loquetur.

A *Ad phlegmonem, aut eryſipelas.* 32.
Sedi folia cũ polẽta in cataplaſmatis modũ ĩpoſita. Aut portulacę folia cũ polẽta. Aut braſſicę,
aut calami folia virẽtia cõterito, & ſupimponito, Aut rubi: Aut rhamni, & roſarũ folia ſupdato.
*Ad lumbricos aluum occupantes.* 33.
Polypodij radicem cum ſapa miſtam edito. Aut raphani ſemẽ ex aqua potato. Aut alliũ cor-
rodito. Aut vlmi radicẽ ex mulſa aqua bibito. Aut ſycamini radicis cortex aquæ incoctus potui
detur. Aut nigella potui detur, & in cataplaſmatis modũ imponatur. Aut ex aqua braſſicæ ſe-
men habente potio fiat: Aut ex mentę ſucco: Aut ex naſturtio atq; menta. ¶*Proprium experimen-
tum.* Canabis ſemen aridum tuſum cretaq́; miſceto cum aqua, vt ſucci tẽperatura fiat, mox lin-
teolo mundo percolatum in potum offer. Aut bubulum fimum aridum combuſtum in puluerẽ
redigito, ex eo potui drachmam vnam ex vino dato. ¶*Ad lumbricos latos & rotundos.* Accipe ni-
tri, naſturtij, piperis, ſingulorum vnciam, fac puluiſculum, & ex vino ligulam propinato.
* *Ad citandum ſudorem, finiendamq́; febrim.* 34.
Canchryos ſemen ex oleo illitum prodeſt. Aut pyrethrum ex oleo calefactum, & per horam
ante inuaſionem illitum bene facit. Aliud ad febrem expertum. Oleum cum cinnamo paratũ,
B oleum chamæmalinum, acetum, nitrum cum laureis folijs. omnia bene elixentur, & ex eo labo-
* rans perungatur, & vndiq; cõtectus ſtatim ſudabit. ¶*Illitio ad febricitantes.* Butyri partes duas,
mellis partem vnam miſce, & calefactis vtere. Aliud. Lactucæ foliorum ſucci partem vnam,
olei vulgaris partes duas, miſce, & curioſe agitans totum corpus inungito: experiẽtia probatum
eſt. Aliud. Artemiſiæ ſucci partem vnam, roſacei olei partes duas miſce, & vtere.
*Ad dolorem hemicraniam uocatum.* 35.
Solani ſuccus ex oleo illitus vehementer proficit. Aliud. Sinapis ſemen ex melle imponi-
to. Aliud. Rutam domeſticam aceto & roſaceo incoctam illinito.
*Ad canis morſum.* 36.
Vrticæ ſemen impoſitum iuuat: Aut nigri marrubij folia: Aut apiaſtrum ex vino potum, &
morſibus illitum. Allium quoq; illitum prodeſt, & toſtum in cibũ potumq́; aſſumptum. ¶*Ad
timentes canum impetum.* Nerij radicem collo circũdato, & liberabitur: ꝙ ſi experiri volueris, cũ
canis in furorem verſus ſit, illi circũponito, ſtatimq́; furorem deponet. ¶*Ad morſus canis rabioſi.*
Vulneribus rabioſi canis morſu factis braſſicæ folia cum laſſere trita ex aceto imponantur: per
ſe enim braſſica aduerſus rabioſi canis morſus proficit, & ipſius decoctum potui datum. Elixa
C vero braſſica ante alios cibos ſumpta phthiſicos ſanat, vitijſq́; arteriæ ſubuenit, contuſa autem;
& cataplaſmatis modo lieni impoſita, illum extenuat.
*Ad anginam, colliq́; dolorem.* 37.
∴ Alba populus arida cõtrita, & collo illita: aut naſturtij ſemẽ: & fimus colũbinus ex melle ĩpo-
ſita bene faciũt: Aut mel tepidũ gargarizatũ. Aut canino ſtercore candido trito ex aceto collum
oblinito. *Ad narium fœdum odorem.* 38.
Hederæ foliorum ſuccus tepidus naribus inſtillatus: aut calaminthæ ſuccus æque tepidus in-
fuſus: aut myrrha ex muliebri lacte trita infuſaq́; naribus, narium halitum commendant,
*Ad prorumpentem è naribus ſanguinem.* 39.
Acaciam ex aceto tritam naribus infundito. Aliud. Acetum cum ſale ſumens in ollam aut
mortarium mittito, lanamq́; accipiens in ipſis madefacito: hæcq́;, quantum laborans ferre pote-
rit, calefacta, eius capiti imponito: illicoq́; velamentis quamplurimis contegi præcipito. ¶*Pur-
gatorium narium.* Thymũ & origanũ melle exceptũ in paſtillos redige, cõmãducãdoſq́; exhibe.
*Ad lateris phlegmone correptos.* 40.
Hæc oĩa benefaciunt, bdelliũ ex vino pariter & ex aqua potum: Aut balſami ſemen ex aqua
D potũ, aut ex melle delinctũ: Aut ariſtolochię radix ex aq̃ potui data, aut ruta ex mulſa itidẽ pota.
*Ad acutam febrem.* 41.
Peponis domeſtici ſuccus, aut cucurbitæ ramentorum ſuccus illitus benefacit: aut roſæ ex
oleo: aut plantago in cataplaſmatis modum impoſitæ iuuant.
*Præſagium in febricitantibus.* 42.
Roſaceo prius inunge, & apij ſemen tritum ſuperda, deinde ſtupam rotundã inſtar rotæ cor-
di ſuperimponito, luteumq́; oui infundito, & reticulo contegito, tum ſi fiat oui diſperſio, mortẽ
adeſſe ſcito. hoc enim ipſa anima facere dicitur.
*Ad glutinanda uulnera.* 43.
Radix graminis contuſa, vt aridum medicamen imponatur.
*Curatio ad dolorem auris.* 44.
Amygdalinum oleum in aures inſtillet: aut ex nucibus oleum: aut laureum: aut balſaminum:
aut dracunculi herbæ ſeminis ſuccus ex oleo infuſus. Aut herbæ vrceolaris ſuccus ex oleo ro-
ſaceo tepidus inſtilletur. Aut ruta virens oleo incocta & tepida in aurẽ mittatur: aut myrrha ex
melle tepida. Aut ruta ex mulieris, quæ marẽ peperit, lacte, tepefiat, & inſtillet. Aut ex allio ex-
preſſum ſuccũ in aurẽ mittito: aut porri ſuccũ tepidũ: aut ſapã tepefactã: aut porri ſuccũ melli ad-

miſtum. Aut oleū ore continens in aurē inſpuito. Aut cucurbitæ ſuccū ex roſaceo inſtillato. E

*Ad ſcabiem pruritumq́;.* 45.

Vlmi folia arida trita in balneo inſpergito, aut ſulfure ignem non experto, & ſylueſtri vua, & arſenico, & ſandaracha ex oleo & aceto in balneo oblinito. Aliud. Myrrha ex muliebri lacte cutē oblinito, aut dulcis radicis ſuccum ex paſſo potui offerto. Aut oua gallinæ integra in acetū acerrimū demitte per diē noctemq́;: quæ ſi tria fuerint, ipſis cū putaminibus in eodē aceto contritis adijce ſulfuris ignem nō experti, arſenici ſciſſilis, vuæ taminię, ceruſſę, ſpumæ argenti, nerij ſucci, ſingulorum vnciam vnā, olei veteris quātum ſatis eſt: oībus contritis obline in balneo.

*Remedia ad ſtomachi uitia.* 46.

Ex folijs calaminthæ virentibus & hordeacea farina cataplaſma conficito. ¶ *Ad cruditatem, inflationesq́; uentriculi, quiſquis hoc uſus fuerit, ſtatim eſuriet.* Accipe aneſorum drach. duodecim, piperis albi, lybiſtici, ammij, petroſelini, fœniculi, ſingulorum drach. ſex: hęc tuſa & creta melle cocto comprehende, exhibe drachmam vnam. ¶ *Ad æſtuantem uentriculum nec cibi tenacem.* Lactucæ ſuccum ex dulci vino potui dato, nec vomet amplius. ¶ *A dolorem uentriculi.* Lac, in quo carbones querni extincti ſunt, laboranti propinato. ¶ *Ad acorem in uentriculo.* Triſago ex vino pota acore liberat. ¶ *Ad inflationem uentriculi.* Piperis, baccarum lauri, cumini, aneſi, pares portiones F contuſas & cribratas ex temperato vino ieiuno dabis ligulæ vnius menſura per triduum, aut aneſum ieiunus manducato.

*Ad quædam oculorum uitia & primo ad oculos fluctione laborantes.* 47.

Fœniculi ſuccus per triduum illitus, aut thus ex melle & lacte, aut centaurij ſuccus ex melle, aut folia herbæ quinquefolij ex melle impoſita benefaciūt. ¶ *Ad caliginem oculorum.* Cucurbitæ ramentorum ſuccus ſuperdatus proficit. ¶ *Ad albuginem oculorum.* Alterci folia cum polenta ſuperdato. Lignum balſami quoq; ex muliebri lacte illinito: Aut rutam viridem imponito. Herba præterea pulicaris ex muliebri lacte, aut calami virentium foliorum ſuccus illitu prodeſt. ¶ *Ad* * *oculorum uertiginem remouendam.* Oleæ folia contunde & ſuccum expreſſum illine, atq; miraberis. ¶ *Ad oculorum fluctionem cataplaſma.* Portulacam cum croco & adipe ſuilla contere, aut apij folia cum polenta: in magnis autem fluctionibus roſas ſertulamq́; cū amylo coctas oculis īponito.

*Ad dentium dolorem.* 48.

Aceto nigellam habente os collue, aut oleo gallas incoctas habente, aut aceto, in quo platani globuli incocti ſint, aut quinquefolij radix. Item peucedani radix trita & cōbuſta illinatur. Aut malicorij roſarumq́; decocto os collue. ¶ *Ad dentium uulnus.* Accipe nitri, ſepiæ teſtæ, myrrhæ, G ſingulorum vnciam vnam, tritis vtere.

*Aridum medicamen, quod humidum os cruentumq́; deterget, gingiuarum carnem inſtaurat, denteſq́; dealbat.* 49.

Accipe nitri cōbuſti, myrrhæ troglodytidis, ſepiarum teſtæ, ſingulorū vnciam vnā, roſarum aridarum vnc. iiij. tritis & cretis vtere, addito etiam iridis vnciam vnā: huius effectū miraberis.

*Ad lateris dolorem.* 50.

Virentis braſſicæ caules cum radicibus cōbuſtos adipe ſuilla cōprehende, & vtere: valentiſſimū remediū eſt. Aut apij ſemen decoctū, donec tertia pars relicta ſit, potui da: vehemēter iuuat.

*Ad internos ani tumores.* 51.

Amaranthum aqua maceratum mane veſperiq́; propina.

*Ad lienem cataplaſma ualde bonum.* 52.

Accipe apium, ſinapi, baccas lauri bene contritas & cortice liberatas, nuces virides parū contunde, deinde omnia in pilam coniecta vehementius contundito, mox extracta acerrimo aceto per triduum macerato, & omnia in vnum confuſa tyberiadis ſucco incoquito, donec cataplaſma fiat, deinde lieni ſuperimponito à matutina vſq; ad octauam horam, aluo tamen prius ſubducta: H medicamenti effectum miraberis. Aliud Ad lienem experientia cōprobatum. Ficus nouellæ arboris corticem viridem detrahito, & cum cinere permiſceto & calefacito.

*Ad tertianam febrem.* 53.

Mel cum ſcammonia ſemel potum curat. *Ad quartanam.*

Accipe piper contritum, laureas baccas, cuminum, maſtichē, myrrham, thus mundum, ſingula ſeparatim trita in vnū cōmiſce, & mellis boni quod ſatis ſit, adijce, & per quatriduū īponito.

*Ad ſanguinis ex naribus profuſionem.* 54.

Oui putamen integrum comburito, & liquorem ex eo exactum cum ſiſſili arſenico permiſceto, in nareſq́; patientis immittito: ſi arſenicū præſto non fuerit, ſolus oui liquor ſuffecerit. Aliud. Capræ fœminæ ſetas vſtas & tritas & myrrham ſimiliter tritam cum ſetiſq́; caprinis miſtam in nares ſufflato, ſi viri fuerint, cum charta, ſi fœminæ, cum alio quopiam: qua parte autem ſanguis erumpit, arctiſſime deligato.

*Ad uiolentas ſanguinis eruptiones.* 55.

Gallas mola tritas, & malicorium, & punicæ mali grana contuſa & miſta cum oleo ſciſſili & melle, ac bene ſubacta mane veſperiq́; propinato, vt mel gallarum. *

A *Ad uentris tormina & inflationes.* 56.

Accipe piperis, rutæ, zingiberis, pares portiones, & tritas ex aqua calida propinato: aut arte/miſiam tuſam cretamq́; dato: aut nitrum vſtum tritumq́; ex humore aliquo exhibeto.

*Vt ne boues ægrotent.* 57.

Ceruí cornu ſuꝑ Panis Dei ſacellũ ponito, cãdelãq́; deſuꝑ accẽdito, & ne interdiu accẽſam ob/liuiõe demittito. & in tp̄e ſanctũ Demuſarim inuocato, ac tollito: armẽta tua & vitã cuſtodient.

*Vt ne porci ægrotent.* 58.

Rhamni radicem tritam in aquam, vbi ſeſe proluunt ſues, proijcito.

*Ad carnem glutinandam.* 59.

Terræ lumbricos frictos tritosq́; inſpergito.

*Plagarum curatio.* 60.

Myrrham & aloem tritam inſpergito: Aut reſinã piceæ, vel & maſticem & ederæ lachrymã, ex his factũ emplaſtrum imponito: Aut hircina axungia plagã obline, & capræ nigræ cornu in/ſperge. Aliud. Aut coſtum, ſpicam, cinnamum, zingiber, cuminum, ſingulorum parem modũ terito, cum pice ſubigito & imponito: Aut panis cruſtam aridam tuſam, & vino oleoq́; ſubactã

B ſuperdato quotidie per vices mutans.

*Ad equorum ſcabiem.* 61.

Anguem diſcindito, eiusq́; adipem capiens ligno equi vngularum oras inungito.

*Ad ſomnum conciliandum.* 62.

In lauri folijs hæc elementa inſcribito, iacentisq́; ſtragulis ceruicali eo neſciente ſubijcito. ξς, χςς. φθ.

*Vt ne homo noctu ſomniet.* 63.

Rutæ ſemen caligæ ipſius neſcientis ſuſpendito, nullasq́; in ſomnis imagines videbit.

*Ad pectus.* 64.

Cũ ouo arſenicũ fiſſile miſceto, & piper, & hordei farinã, & lauri baccas, pineosq́; nucleos, & exhibeto. Aliud. Allij accipe ſpicas ſeptẽ, arſenici fiſſilis, piperis, vtriuſq́; grana tredecim, bã-bacem, pini nucleum, cæræ modicum miſcens cum oui vitello accipe frequenter.

*Ad corroſos dentes.* 65.

Arſenicum, piper, caſeum, calcem viuam aceto macera, & appone.

*Clyſter ad renum uitia.* 66.

Accipe pulegium, origanum, ſampſucum, ſerpyllum, chamæmalum, abſinthiũ, centaurium,

C lauri folia, cucumerem ſyluaticum, peponem: vnà omnia prius contuſa aquæ incoquito, deinde cum melle oleo & ſale decocti, quantum ſatis eſt, inijcito.

*Clyſter ad coxendicis dolorem.* 67.

Accipe cucumeris ſylueſtris radices, lauri folia, rutæ folia, abſinthium, plantaginem, triſagi-nem, marrubium, calaminthã, pulegium, origanũ, thymum, lactucã, euphorbium, anethum, py-rethrum, vuam taminiam: hæc omnia in aqua incoquito: deinde melle oleo & ſale adiecto, per inſtrumentum admoueto.

*Vt dentes putridi nigriq́; ſplendidi reddantur.* 68.

Accipe ſalis contriti, ropi, ſepiarum teſtæ pares portiones: omnibus in vnum tritis dentes fricato, quos prius aceto puro collueris.

*Cataplaſma ad caput fluxione tentatum.* 69.

Hoc remedium præſtat ne caput fluctione uexetur, neq́; oculum vnquam iniuria affici ſinit. Accipe maſtiches, myrrhæ, ſarcocollæ, thuris, ladani, nitri, ceruſſæ, terræ cimoliæ, ſtyracis, roſa-rum aridarum, ſingulorum vnciam, ſaponis ſanci libram, mellis tantundem, lupinorum ama-rorum decoctũ quod ſatis eſt: omnia in vnum miſceto, & pro ſapone in balneo vtitor.

D *Paſtillus de ſeminibus ad tuſſientes.* 70.

Accipe aneſorum amarorum vnciam, fœniculi ſeminis, alterci ſeminis, ammij, ſingulorum drachmam, apij ſeminis drachmas tres, opij drach. ſingula bene terito, & aquã paulatim tepidã infundito, donec ſordiũ balnei ſpiſſitudo fiat: paſtillos fabæ magnitudinis cõficito, vnũq́; exhibe-to, tuſſiẽtibus nanq́; prodeſt.

*Ad iecoris uitia remedia experientia confirmata.* 71.

Gallarum cum papaueris capitulo coctarum ius in balneo potato, contectus, & in latus af-fectum iacens: aut ederæ radicis decoctum cum vino propinato. Aliud. Baccas lauri ſeptem, grana piperis ſeptem trita ex vino in potum dato. Aliud. Aloes drach. iiij. aſſari, coſti, eupa-torij, hedyſari, ſertulæ campanæ, maſtiches, croci, ocymi ſeminis, ſingulorum drachmas duas. conterito, cribato, & ex aqua temperato exhibeto. ¶ *Aliud iecori & uentriculo commodum.* Ac-cipe lauri baccarũ, cinnami boni, caryophyllorum, aloes, hedyſari, coſti, ſingulorum drachmã, contrita & melle excepta ex vino vetere potui dato. Aliud. Accipe acori, ſeminis lini, zin-giberis, rutæ foliorũ molliũ, ſingulorum drachmã, aneſorum drahmas quatuor ex mulſa dato. Aliud. Mel cum pane miſtum calidum emplaſtri modo imponito: aut abſinthij ligulam vnam ex temperato melle potui offer, & ſuper iecur ægrotus decumbat.

*Ad linguam fluctione laborantem.* 72. E

Cynarę folijs contuſis ex melle linguam perungito:aut venã partis, vñ fluit materia,incidito, & bene faciet. *Ad oris ariditatem.* 73.

Palmularum ficorumq́; decocto per pennam illinito,& contineto.

*Ad labia ſciſſa.* 74.

Lini ſemen ex melle contritum imponito.

*Ad eos,quibus menti pili decidunt,quos Græci appellant ſpanopogonas,hoc eſt,raribarbos.* 75.

Accipe piperis,euphorbij,pyrethri,ſingulorum vnciam,calami foliorum molliorum ſuccũ, murini ſtercoris,olei per combuſtionem expreſſi:trita omnia affricato,& aſſidue radito.

*Vomitorium medicamentum,quod myſtri menſura exhibetur.* 76.

Aphronitrum album in aquam tepidam conijce,quoad diſſolutum ſit,& modicum olei adijce,potandumq́; exhibe. *Reprimentia uomitum.* 77.

Menta tuſa creta,& roſaceo admiſta nares pectuſq́; illinito. Aliud. Palmulas thebaicas, & mentæ ramulos aquæ duorum ſcyphorum menſura incoquito,quoad ſordium balnei temperatura fiat,mediam partem propinato. Aliud. Palmæ glandium contuſarum,quod ſufficit,accipe,vini myrtini modicum inſtillato,deinde exceptas ex mulſo,aut aquę hemina exhibeto. F

*Ad ſanguinem uomentes.* 78.

Iunci odorati ex aqua decoctum propinato.

*Ad citandum uomitum pituitæ.* 79.

Viridem mentam,aut ſiccam ex aqua temperata bibito. ¶ *Vt facile autem uomat,* Sampſuci folia potui,raphani vero ſemen eſui dato:pituitam multam vomitu reijciet.

*Compoſitio pilularum purgantium pituitam.* 80.

Accipe aloes vnc.ſex.maſtiches,abſinthij ſucci,vtriuſq; vnc.duas,cucurbitulę ſyluaticę vnc. quatuor:dentur pilulæ nouem & viginti.

*Ad oris ſtomachi uel cordis uitio uexatos.* 81.

Lentem cum ſpantæo,palmulis,& vino mendeſio elixam potui offerto. ¶ *Ad dolorem aũt oris ſtomachi,uel cordis,* Herbam ſanguinariam curioſe tritam, aut mala, aut cotonea elixa contritaq́; roſaceo cerato comprehenſa in modum cataplaſmatis imponito:aut portulacam roſeo cerato,aut myrteo exceptam ſuperdato. Aliud admirabile experientia comprobatum. Accipe ſeminis lini heminas quatuor,aquæ heminas ſeptem:elixato,& vtitor:hoc medicamentum ſanitatem creat: neq; enim ægrotus in peius ruet,ſed in melius proficiet. G

*Paſtillus ad ſpiritus difficultate laborantes & diu tuſſientes ſuffitu proficiens.* 82.

Accipe naſturtij,ſinapis,abrotoni,rutæ ſyluaticæ,ſandarachæ,ſingulorum vnciam, terito,& ex aqua factis paſtillis accurate vtitor.

*Ad difficultatem ſpiritus & ſanguineum ſputum.* 83.

Thymum cũ pipere tuſum,& melle exceptum delinctui dato,ſtudioſeq́; vtitor:valde.n.efficax eſt. Aliud. Porrorum capita melli incocta ieiunus edito. Aut rutæ aridæ, mentæ vtriuſq; vnc.quatuor.cum melle terito,& ceratia duo cubitum eunti ex aqua temperata propinato:iuuãt autem ægre ſpirantes & piſtacia eſui data.

*Ad cruentum ſputum.* 84.

Accipe ſymphyti,maſtiches ruffæ,vtriuſq; drach.quatuor,lẽnij ſigilli,balauſtiorum, vtriuſq; drach.duas, terito & cribrato,& ex aceto mulſo ligulam potui dato. Aliud expertum. Lemnij ſigilli,vnciam,terræ, quæ aſtrum dicitur,vnc.duas,corallij tantundem.dato ex aceto mulſo puro heminam,vnã.mane & veſperi hoc vtere. Aliud. Acaciæ ruffæ,amyli medicinalis pares portiones terito,& ex aqua temperata potui dato ligulas quinq;.

*Ad febrem ardentem,* 85. H

Sempuiui & aneſi folia qnq;,aut ſeptẽ accipito,& oleo roſaceo incoqto,& ex eo à capite vſq; ad pedis veſtigiũ pungito,& demiraberis:aut,oleo,ĩ quo pyrethri radix macerata fuerit,inũgito:hoc.n.ſudores mouet,& diuturnos rigores diſcutit,& corporis partes refrigeratas aut reſolutas curat. Aliud. Lauri baccas & thymũ ex vino terito & illinito,veſtibuſq; cõtegito:ſudabit enim. *Ad uim genitalium & ueteres affectus.* 86.

Calaminthã tuſam cribratamq́; in pilã conijce,& melle exceptã decoque vſq; ad cataplaſmatis ſpiſſitudinẽ,& tenui linteolo illitã imponito,& faſcia deligato:à multis probatum eſt. Aliud ad genitalium confirmationẽ & renũ, ſed quempiã ne curato anteq̃ mercedẽ acceperis.à multis enim expertũ eſt.accipe zingiberis drach.iiij.herbæ ſabinæ,piperis albi vtriuſq; drachmam ex mulſa exhibeto. Aliud. Picis aridæ,telephij,colophoniæ,maſtiches,nitri albi pares portiones conterito,& aridum medicamentum facito:& locum prius lotum & adhuc calentem liquida pice oblinito,& aridum medicamen inſpergito,ſuperq́; imponito,& bene deligato.

*Ad diſcutiendas genuum fluctiones.* 87.

Caprifici contritæ ſucco perfricato,aut radicis ſuccum in balneo affricato. Aut ſalem columbinumq́; fimum terens ex oleo inungito.

A *Cataplaſma ad pedum dolorem ex offenſione, aut caſu aut aliquo alio uiolento.* 88.

Accipe ſalis vſti, origani, cineris ſarmentorum vitium pares portiões, vitellos ouorum duos, aut tres cum vino miſta ſuperimponito.

*Ad ſcabros ungues diuinum auxilium.* 89.

Vnguibus ex caſu reuulſis, & vitio, quod paronychion grȩce dicitur, affectis ſachar tritum et in puluiſculum redactum, ac inſperſum ſuccurrit. Scabros autem vngues mundabis, ſi ſulfur ignem non expertum & oui luteum æqua portione miſcebis, atq; ex aceto impoſueris.

*Ad ambuſta.* 90.

Accipe argenti ſpumæ, croci vtriuſq; vnc. duas, ouorum aſſatorum vitellos ponderis vncias quatuor, roſacei, quod ſufficit. Aliud. Linteoli vſti cinerem cum roſaceo miſce, & cera anchuſaq; adiecta vtere.

*Ad ſanguinis ex quauis parte eruptionem.* 91.

Accipe ſoreos, atramẽti ſutorij, aluminis, chalcitidis, myſios, gypſi, gũmi, ſingulorum drach. octo, tritis vtitor: valde bonum eſt, & experientiæ teſtimonio comprobatum. Aliud. Chalcitidis drach. vj. reſinæ frictæ drach. iiij. pulueris thuris drach. duas. arido medicamine vtitor.

B *Ad impetigines expertum.* 92.

Ex his conſtat: thuris maſculi, zingiberis, aloes, ſulfuris ignem non experti, ſingulorũ drach. binas: aceto excepta & prius trita panniculo laneo illinito. Aliud. Ammoniacæ guttȩ, alcyonij, ſulfuris ignem non experti pares portiones contere, & vtere.

*Ad dealbandam faciem.* 93.

Accipe alcyonium combuſtum, & tritum cum melle & farina miſce, & deterge. Aliud. Lyſomumudon terens ex aceto in ſole illinito. Aut ollarum florem terito ex aceto, deinde locũ panno perfrictum, quoad rubeſcat, in ſole inungito. *Vt facies munda fiat.* Butyro cum ſapone miſto faciem illine.

*Ad dolorem uteri remedium ſanctorum argentum non poſſidentium.* 94.

Aſarum cũ pulegio potui offerto. *Paxamadum uocatorum purgatoria..* 95.

Accipe ſcãmoniæ drach. ij. aut tres, maſtiches drach. iij. apij ſeminis drach. ij. polypodij drach. iiij. cinnamomi drach. j. fermenti mundi libram. j. arida permiſce, & ſubige diligenter.

*Ad necandos culices.* 96.

Ex nigella & ſutorio atramento ſuffimentum facito. *Ad abigendos ſerpentes.* 97.

C Chalbanum, cerui cornu, caprinas vngulas, & lilij radicem ſuffito. Ad morſum vero ſerpẽtis ſal porrũq; imponuntur vtiliter. *Ad fugandos pulices.* 98.

Sylueſtris cucumeris foliorum decocto domum conſpergito.

*Ad difficultatem urinæ iumentorum.* 99.

Salſarum oliuarum quod intus ligneũ eſt, conterito, & contegens per dies quinq; ſuffumigato. *Ad ictum calami.* 100.

Radices calami combuſtæ cinerem ſuperimponito.

*Ad morbum comitialem ualde efficax.* 101.

Coturnicũ cerebrũ ex vnguento myrteo tritũ ſtãneo vaſe reponito, & cum quẽpiã morbo comitiali ꝓlapſum videris, eo faciẽ illinito, admiraberis. n. huiuſce naturalis auxilij efficaciam: nã ſtatim ægrotus conſurget. *Ad appetentiam cibi excitandam.* 102.

Accipe myrrhã, thus, ammoniacũ, maſtichẽ, & ex oui albo tritis pectus viſceraq; oblinito, & ſtupam ſuperdato. *Ad hirudines deuoratas.* 103.

Eos, qui hirudines deuorarunt, aduerſus ſolẽ cõſtituito: & locũ, vbi inhæreant, aĩaduertito, & garũ ipſis inſtillato. ſtatim. n. locũ relinquunt, & expuũtur. Aut acetũ cũ butyro miſtũ, in quo ferrũ candens extinctũ ſit, potui dato: hirudines. n. eijcit. Aut eũ, qui hirudinẽ deuorauit, in ca-

D lidã aquã mẽto tenus demittito: phialã vero frigidæ plenã ori eius admoueto, ſed potui ne dato: ſtatim hirudo exibit. Aliud. Hirudines deuoratas calidũ acetũ abſorptũ excutit, aut ſuccus ſyriacus epotus, aut ſuffiti cimices. *Ad apum ictus.* 104.

Succus maluæ ab apibus ictos indolentes reddit. *Ad ſerpentum morſus.* 105.

Cornu ceruinum vſtum & ex aceto tritum illinito: aut furni fuliginem: aut calami radices, & cicer, & baccas cupreſſi, & cornu cerui, combuſta omnia tritaq; in vnum miſceto, & ex aceto ac porro propinato.

*Ad inflammationes à uenæ inciſore factas, & duritias humerorum, & deuſtiones, & ſanguinis concretiones.* 106.

Fermento triticeo, cum axungia ſubacto ſummo ſtudio vtere: probatum enim eſt.

*Ad hydropicos.* 107.

Stercus bubulum accipito, ſi mas ægrotet, maris, ſi fœmina, fœminæ, in ollam nouam conijce, contege, operculum luto, ne diffletur, obline: ollam deinde ſuper cinerem viuæ calcis per dies ſeptem ſtatue, octauo die detecta olla ſtercus exime: & aridum medicamentum vitreo vaſe repone: cum vti voles, tres ligulas ex vino per ſeptem dies exhibeto, ſed in vino rutã feruefacias: hæc

potio

potio bene facit, etiam ſi tumores adſint, & œdemata, reſiccat, euacuatq́; per lotium: ægrotus autem non potet per totum diem, niſi ter: expertum nanq; eſt. E

*Vt uinum odio ſit, & quo modo cauenda ebrietas.* 108.

Vinum, in quo anguilla ſuffocata ſit, potui exhibitum, vini odium parit: idem præſtat & vua inferuefacta. Si tutus ab ebrietate & morbo cuſtodiri velis, folia rutæ edito: finiunt eadem capitis dolorem ex vino: Idem & acorus facit in cibum ſumpta, & thebaica palmula. Ebrietate non tentatur, qui prius aut ſeptem, aut nouem, aut vndecim amara amygdala ederit. ita etiam qui pulmonem ouis elixum ieiunus ederit, quantumuis bibat, ebrietatem non ſentiet.

*Vt quis ex uno tantum uini ſcypho ebrius fiat.* 109.

Sarmentorum viridis aut aridæ vitis modicum comburens in phiala, vbi vinum eſt, extinguito: ſtatim ebrietate corripietur.

*Ad lenticulas in facie.* 110.

Baccarum lauri interiora ex melle trita illinito: aut nucleum pineum melli incoctum oculis iponito. *Ad infantium procidentem ſedem.* 111.

Fabrorum aqua, in qua candens ferrum extinguunt, calefacta ſubluito; deinde cochleam combuſtam & in puluiſculum redactam inſpergito. F

*Ad gingiuas pueri, & dentes orientes.* 112.

Roſarum floribus tritis ex melle illinito, aut ouis cerebro ex melle, aut butyro ex melle.

*Ad lac multum creandum.* 113.

Seſami ſemen tritum ex paſſo potum, aut titane elixa cum fœniculo abſorpta, aut naſturtium cum braſſica potum.

*Ad exuſtiones per hyemem.* 114.

Muria foueto: ex elixa lente & micis panis cum roſaceo tritis cataplaſma facito.

*Ad aquoſum ramicem.* 115.

Plumbaginem cum ſulfure, & aceto pauco, & oleo decoque, & illine locum. Aliud. Veteres nuces putridas contritas in mortario accipe & inunge. Aliud. Acetum potui dato, & cerui cornu vſtum ad cataplaſmatis modum imponito. Aut ex argenti ſpuma cum aceto & oleo miſta ad ſolem perungito.

*Ad uulnus incurabile in quauis corporis parte.* 116.

Bugloſſon herbam euellito, & ſucciſas radices curioſe lotas in pila conterito, ſuillam axungiã adijcito, ac bene emolliens vulneri imponito. G

*Ad uomitum.* 117.

Accipe apij radices quinque, fœniculi radices teneras quatuor, aneſi drachmam, acetum, mel, & crocum merum, omnia ſine croco decoquantur: & poſt cocturam crocum inijciatur, deturq́; phialæ dimidium. *Ad apthas, hoc eſt oris ulcera.* 118.

Oliuæ molles manducentur, aut vuæ paſſæ agreſtes aceto incoquantur, & ex eo os colluatur.

*Ad capitis tumores, quos talpas nominant.* 119.

Locum prius mulſo lauato, deinde bubulum fel inijcito, & leporis ſtercus, aut quod ex ſapone confectum eſt: aut rutæ ſuccum in foramina inſtillato, aut ariſtolochiam tritam in ipſa foramina cum aceto infundito.

*De uiribus rutæ.* 120.

Ruta in primis eſui potuiq́; data viſum acuit, veneris appetentiam extinguit, capitis dolorem leuat, ſiquis teneris eius folijs capitis oſſa contegat: ſuccus præterea rutæ cum fœniculi ſucco, & melle commiſtus atq; illitus hebetem viſum acutiorem reddit. Idem præſtat & ſeminis rhãni ſuccus ex mulſo illitus. Menta quoq; cum polenta ĩ cataplaſmatis modum impoſita abſceſſus ſanat.

*Ad ſupprimendum ſanguinem.* 121. H

Beronicem mellis ſuper prunas cocti plenam edendam apponito: & braſſicæ ocymiq́; ſeminis vtriuſq; grana ſex trita potui dato ex vino mulieri à multi ſanguinis ꝓfluuio male habitæ.

*Præſagium de ægrotante.* 122.

Salicis tenera folia contuſa illinito: ſi roſeus fiet, euadet: ſi viridis, morietur.

*Ad impediendam uenerem.* 123.

Erucam ſacerdotes edunt & rutam & viticem: erucæ igitur ſemen ex melle, aut cum fœnogręco ieiuno illitum arrigi non ſinit.

*Ad dolorem oculorum.* 124.

Crocum tritum, & cum liquore, qui à roſa ſtillauit, fermentatum illinito.

*Ad capitis dolorem.* 125.

Si hæc adſint ſigna, oculorum tenebrę, capitis ipſius dolor, aurium ſonus, naſi obſtructio, ſummo mane oculorum lachrymæ, nonnullis & oculi caligant, quibus hæc adſunt, caput hunc in modum purgato, origano hyſſopo & ſale nares perfricato: neque in poſterum caput dolebit: quod ſi neglexeris, morbi huiuſmodi ſequentur: obtuſus viſus, aurium ſonus, capillorum caſus, & dentium dolor.

A *De pectore humano.* 126.

Cum pectus aliquod vitium paſſurum eſt, in primis humiditatem in ipſo ſentire videtur: ſin coſtæ, crudis abundat humoribus, æſtuationem ſitimq́; habet, ipſius lingua aſpera eſt & ſpumās, et ſingulis horis ſaliua decurrit. Conuenit autem ipſum à cœna vomere: aut ſummo mane ſtomachum purgare præſumptis raphani radiculis, aut ſinapi virēti, aut eruca, aut naſturtio ex aqua tepida, & ſtatim vomens ſanabitur, ſi negligenter ſe geſſerit, in ſpiritus difficultatem, & lateris dolores, & febres acutas incidat, atq; penitus ſomno carebit. *De uentre.* 127.

Quando in ventre vitium aliquod ſuborturum eſt, primo tormina doloresq́; in ventre ſentiũtur: & alui ſuppreſſio, & excretio, & in ipſo cibi potusq́; perturbantur, & amari videntur, & grauitas in genubus: & circa lumbos renesq́; dolores ſunt, & omnino febricitabit. His ita ſe habētibus, ſimplicibus medicinis purgare oportet: cnicum igitur contuſum, & aqua diſſolutum potui dato: aut braſſicæ, aut betæ ſuccum melle conditũ adiecto modico ſalis propinato, & miraberis: ſi res neglecta fuerit, difficultas inteſtinorum, deſidendi ĩmoderata cupiditas, & dorſi dolores impendent. *Ad grauem auditum, & aurium ſonum.* 128.

Nitrum in acetum conijce, oleumq́; roſeum & vinum infunde, & capitis poſteriora inunge.

B Aliud. Nigri veratri radicem in aurem conijce, & ſanabitur: expertum enim eſt.

*Ad cuſtodiendam uitem.* 129.

Centaurij decocto palmites vitis conſpergito, hoc canes, vulpes & cœli volatilia propulſat.

*Ad uteri ſtrangulatus.* 130.

Os cordi cerui accipe, tere, & potui da mulieri: & videbis gloriam dei.

*Ad lumbricos mirabile remedium.* 131.

Nigellam tritam ex garo potui dato.

*Ad dignoſcendum mas ne an fœmina ſterilis ſit.* 132.

Lentem in vtriusq; vrinam ſeparatim conijce: & vtrius lens germinabit, ille eſt filium creans, cuius vero lens non germinat, ille ſterilis eſt. *Ad rigorem.* 133.

Scribe in tribus malis pepopulas aut ita dicito, ſanus, drauus, danonus, danubius, & eſui dato.

*Confectio gari Ioachi martyropolitæ.* 134.

Accipe fruſtulorum panis non fermentati, non conditi, putrefacti libram, nigellæ tziaricam, ſemicontuſam mentam, calaminthам buniſam, aridam, vtranq; ſemi libræ pondere, rutæ, ſylueſtris thymbræ, fœniculi, ſingulorum tramia quadraginta, aneſi tramia triginta, nanachuã tramia C quadraginta, vuarum paſſarum pinguium maturarum ſemilibram, palmularũ mundarum tziaricam, mellis veri hilari meliſij ſemilibram, ſacchari cantij tziaricam, roſarum aridarum, aut humoris ab ipſis per ignem extracti tramia centum. hæc in doliolum cum aqua conijcienda ſunt, ſoliq́; per quadraginta dies exponenda, ipſis vero adijcere oportet in puro linteolo deligata ligni aloes tramia qnq;, ſpicę tramia ſeptem, caryophyllorum tramia duo, croci tramia tria, maſtiches, thuris, vtriuſq; tramia decem, ſtruthij corticis tramia quĩdecim, muſci tramiũ, ampar tramia duo. omnia linteolo incluſa in dolioli mediũ ſuccum demittito: & per quadraginta dies quotidie terito, & exprimito ſuſpendens videlicet in dolio in medio ſucco: & poſt quadraginta dies aquã ſucco ſuperfluitātem colligito, & in āltero vaſe reponito: & in ſuccũ alteram aquã inijcito, & vtraq; inſolato: ſed poſtquam totum ius coactum fuerit in altero vaſe, tunc in nitido cacabo, aut in olla vſq; ad tertias decoquito, & cotoneis maturis impleto: linteolum autem nunquam de medio garo eximito: & optimum garum, omnibusq́; hominibus vtile conficies.

*De capitis dolore Barnabæ monachi.* 135.

Accipe farinam fabaceam, quantum manu capere potes, et maſtiches, cuminiq́; parum in vnũ miſcere oportet cum ſucco malorum cotoneorum, emplaſtrum facito, & membranæ illitum frõ D ti imponito. *Ad urinæ difficultatem.* 136.

Vnguẽtum optimum in vrinarium iter infundito, ſtatim vrinam reddet: aut mel, & ſylueſtrẽ canabim in vnum miſce, & perinæo impone: aut muſcum in vrinarium meatum immitte.

*Ad ſanguinis è naribus profluuium.* 137.

Canabina folia trita & arida in narem ſufflato: aut pannum lineum combuſtum ex acri aceto ĩ nares imittito. *Ad uteros.* 138.

Obſonium è iuſculo, & amanetarium verum, et cardid. vſta ex vino veteri potui dato.

*Ne arbor fructum amittat.* 139.

Lilij radicẽ arbori ſuſpendito: ibiq́; fructus hærebit, et non cadet. *Ad uulnus.* 140.

Cor cum pelle et cornu cerui combure, et ex oleo inunge. *Ad ſtomachum.* 141.

Rutam et thymbram cum ouo, et cuminum, et mentæ radices potui dato.

*Ad impetigines.* 142.

Pipere trito ex muliebri lacte inungito, et ſanabitur. *Ad dolorem dentium.* 143.

Ouorũ putamina, ſæpiã, et oleũ miſceto, et coqto, donec tertia pars relinquatur, et tepidũ ore contineto. *Ad lumbricos uentris.* 144.

Cornu cerui ramenta ex vino vetere potui dato à balneo.

*Ad urinæ difficultatem.* 145. E

Coryandrum, mentam, & aquam cum melle decoquito, quoad tertia pars ſuperſit, & i potum offerto. *Ad uulnus dulce.* 146.

Suillum fimum cum oleo & acri aceto miſceto, & locum prius ſetaceo panno excoriatū inungito. *Ad dolorem lateris.* 147.

Paliuri radicem vino incoquito, donec tertia pars remaneat, & à balneo potui exhibeto.

*Ad iecur & ſtomachum.* 148.

Accipe aloes & ſpicæ vtriuſque miliariſium, ex vino à balneo propinato.

*Ad conciliandum ſomnum.* 149.

Caprinum fimum cum triſagine ad luti ſpiſſitudinem miſceto, & faciem oblinito.

*Ad tuſſim.* 150.

Raphani ſemen et fœniculi ex melle potui dato. *Ad cordis dolorem.* 151.

Rutam, & lini fœniculiq; ſemen cordi imponito.

*Ad lumbricos aluum occupantes.* 152

Lupinos, lauri baccas, taurinum fel miſceto, & vmbilico ſuperdato. F

*Ad hemorrhoidas.* 153.

Teſtudinis teſta ſuffita bene facit. *Ad exuſtionem.* 154.

Ouorum aſſorum vitellos in ſartagine combure, et in modum emplaſtri impone.

*Ad pruritum.* 155.

Garum, ſulfur ignem non expertum, et oleum miſce, et inunge: effectum miraberis.

*Ad morbum regium.* 156.

Chryſolachani ſemen, mel, & crocum confundito, et in lectulo cubantem illinito: bene facit.

*Ad uermes.* 157.

Chamæleonis radicem contunde, et urticæ ſummitates contrarias inijce. *Ad tuſſim.* 158.

Fœniculi radices contritas ieiuno potui dato: admirabile remediū eſt. *Ad comam.* 159.

Maluam, et ſaluiæ radicem conterito diligenter, et in vas cum generoſo vino conijcito, à balneoq; comam illinito. *Ad aurium dolores.* 160.

Rubi ſuccus expreſſus, tepefactus, et in aurem infuſus dolorem finit.

*Ad regium morbum.* 161.

Chryſolachani contuſi, mellis, vtriuſq; ligulam vnam, ex vino calido ieiuno exhibe. Aliud G valde bonum. In dextram aurem iacenti tenuem venam cædito, & ſanguine effluente vtilitatem miraberis: Si lienis vero doleat, idem facito in ſiniſtrum latus iacenti.

*Ad iecinoroſos, lienoſos, & à ſtomacho laborantes præſentiſſimum remedium.* 162.

Viticis grana eſui potuiq; ex vino mane veſperiq; exhibeto. Aliud. Apij, & petroſelini macedonici ſemen, & cicer, & viticis ſemen, omnia conterito, & ex vino calido potui dato.

*Remedium ad renum uitia.* 163.

Erucæ, naſturtij, raphani ſemina conterito, et melle attico comprehendito, et ex vino vetere drachmam potui concedito.

*Baſilij icti melitinoti de ratione uictus ad regium notarium grammaticum.*

*Confectio uini perſpicui & coccini.* 164.

Doliū vino impleto, quantum fuerint menſuræ viginti, & ex ipſo menſuras duas accipe, et in lapideam ollam conijce, et adde ſeminis fœniculi, lini, aneſi, ſingulorum miliaria cētum, cum his bene feruefacere oportet, et ex ſacculo percolare, et ſextarium in dolium mittere: deinde accipe tripſidij miliaria centum, caryophyllorum miliaria quinq;, croci miliariū, cyperi, ligni aloes vtriuſque miliaria quinque. omnia in vnum trita et cribrata lineo linteolo inuoluito, et in medio do- H lio ſtatuito, atque vtitor.

*Eiuſdem roborantia ſtomachum pituitæ plenum & dolorem capiti inferentem.* 165.

Te oportet ſingulis diebus roſei mellis miliaria viginti accipere, apij ſeminis miliarium vnū, aneſi miliarium ſemis, et ieiunare vſq; ad meridiem, et tunc guſtare. Nam propterea ita te facere ſtatuimus, quoniam roſa ſtomachum confirmat, maſtiche calefacit, fœniculum & apium, ſi in iecinore ac liene multitudinem atrorum ſuccorum offenderint, detrahunt, & per lotium eijciunt abſq; moleſtia: aneſum vero, eo ꝙ flatus à ventre diſijcit, ſtomachūq; corroborat. Iccirco te vſq; ad meridiem cibo abſtinere præcepimus, vt ne alter morbus appareret, vtq; vis herbarum diutius in ventriculo moraretur. Cum vero decem dies præterierint, eundem ordinem aſſidue obſeruato, cum roſeo ſaccharo, vt ſtomacho robur addatur, viuasq; indolenter. Fecimus autem & de alimento ſermonem hunc in modum. *Ratio uictus in cibis & ieiunio.* 166.

Primo die amygdala amara decē cū pane & vino, quantum ſatis ſit, te edere cōuenit: Secundo die mel cum pane & vino, quod ſufficiat, edito: Tertio die agni anniculi carne veſcaris: eius ſcapulam elixam igne torreto, cum pane biſcocto & vino, quod ſatis, edito: Quarto die oryzam ſolam aquæ incoctam addito melle cum pane & vino, quantum ſufficit, edito: Quinto die grana punici mali, amygdala, allium cum dauco, ficis aridis, & vuis paſſis decoque, & veſcere cum pane &

A vino, quod ſufficiat: Sexto die ſimilem carnem anniculam in ſartagine cum dauco decoquito, & veſcere, panis & vini, quod ſatis eſt, addito, vt vis punici mali obtundatur. frigida enim eſt, atque ideo malum punicum adiectum fuit, vt quę antea per quinq; dies aſſumpta fuerant, refrigerarentur. erãt enim re uera calida. Septimo die carnem minutim conciſam cũ cicere et condimẽtis decoque, & veſcere, quantum ſatis eſt. Octauo die carnẽ cum aceto, caricis, amygdalis, nucibus ſyriacis, croco, dauco, paſſis vuis, cum alijs carnibus cõciſis, cũ melle, quod ſatis ſit, decoque, & veſcere cum vino, quantum ſufficiat. Decimo autem die ciborum ieiunijq; ratio ita ſe habet, mali punici granum, quemadmodum & prędicta, decoque, & cum vino, quod ſufficit, ede. Hæc eſt ſumendi cibi ratio: ſemper tempore cœnæ menta ex melle vtitor, vt cibi digerantur, & ne pituita ventriculus abundet. Quò autem bona valetudine fruaris, venam ſine noxia cauſa ne ſecato. Q; ſi morbus caput tentauerit, venam caluariæ ſecato, & extrahe ſanguinis miliaria decem. hoc autẽ bis feceris & aprili menſe, & ſeptembri, per triduum ante & poſt abſtinentiam imperans. auxilium quoq; bis prædictis menſibus deuorato, & capitulis papaueris vt dormias vtere, caueasq; à coitu: quod ſi velis, ſemel in ſeptimana poſt noctem mediam id facito. At iulio menſe & auguſto te per biduum vomere oportet: vtrunq; quoniam per diem vnicũ ſtomachus purgari non poteſt.
B Quando autem vomis, caueto, ne aquam prius, aut poſtea biberis: dumq; vomis, oculos velato, & deligato, ſtansq; vomito loco edito, aut ſuper fluuium: à vomitu ſi ſitias, tolera ſitim, et ſobrius eſto. Te vti lauatione oportet menſe aprili vſq; in totum nouembrem: cęteris menſibus abſtineto. quod ſi lauari volueris, ſemel tantum in ſeptimana lauator, idq; ſemper ieiunus: ſi ſitias, temperatã aquam bibito, & balneum egreſſus oleo, & mulieris lacte, quæ fœminam peperit, caput irrigato: per noctem autem pedes calenti aqua cum furfuribus foueto.

*Ad capitis dolorem.* 167.

Accipe amygdalorum libras tres, ſeminum cucurbitæ librã vnam, oleo ab vtriſq; expreſſo capitis verticem, nares, pedes ac manus inungito.

*Aduerſus uini noxam.* 168.

Cotonea mala matura dulcia accipito, & mũdato, deinde ſuccum exprime, & in vinũ infunde.

*Inunctio experta ad artuum dolorem, manuum pedũq; intertrimẽta, corruptelas, aduſtiones hyemis, & uenti manus pedesq; lædentis, qui ſarracenica lingua tlen dicitur. compoſitio ita ſe habet.* 169.

Accipe axungiæ anſerinæ partes duas, & medullam ceruorum iuuenum, & martaſancem raparam, & mel ſuper carbones decoctum & percolatum, pone in lapideum lebetem, & feruefacito, quoad prædicta pinguia tabeſcant, quibus adhuc calidis martaſancẽ inijcito, & cum prorſum
C refrixerint, mel addito, & bene inſtar malagmatis ſubigito, & ad ignem, aut in furno inungito, et bene perfricato: tantiſper autem inunge, donec dolor abſceſſerit.

*Ad ægylopas. i. fiſtulas angulorum oculi.* 170.

Taurinũ fel, & liquidã picẽ, & acetũ in vnũ miſcẽs emplaſtrũ cõficito, & imponito, aut rutę folia cum chorygio in foramina immittito.

*Ad uulnera incurabilia.* 171.

Ariore panij radicem in vinum dulce demittito, & ægrotanti potui dato.

*Ad pulmonum inflammationes.* 172.

Piperis grana. xv. ſalis micas totidem terito & teaphen illorum addito, in vnumq; cogito, & cum fimo gallinæ rufæ, atq; oleo inungito: aut dauci ſemen, & nigellam, & porrũ contere, & potui exhibe.

*Ad talpas.* 173.

Accipe triſaginem & hordeaceam farinam cum melle fermentato, & inungito & in modum cataplaſmatis imponito.

*Ad dolorem uentris & ſtomachi.* 174.

Thus cum vino antiquo in cacabum conijcito, & donec tertia pars ſuperſit, decoquito, atque ita in balneo propinato: aut oleum & vinum perinde coquito, & tepidum in balneo potui dato.

*Ad ſtomachi uitia.* 175.

D Cuminum & cinnamomum cõterito, & myrrham, maſtichẽ, & bliſcunę modicũ adijcito, deinde cocta & miſta potui offerto: aut mentę ramulos tres, & grana punici mali, & palmulas propinato.

*Ad debilitatem genuum.* 176.

Lini ſemen & mel in aqua feruefacito, & cordi in modum cataplaſmatis imponito.

*Ad dolorem lateris.* 177.

Ex cumino triticea farina & vino veteri cataplaſma facito, & cordi ſuperdato.

*Ad lienoſos.* 178.

Braſſicæ folia, ammoniacũ, acre acetũ, oĩa miſceto, conterito, & locũ per triduum oblinito: aut platani folia aquæ incoquito, quoad tertia pars ſuperſit, & potui dato: aut braſſicæ folia igne torreto, & trita ex igne propinato.

*Ad profluuium ſanguinis muliebre.* 179.

Taurini cornu ramenta ex aqua pota ſanguinis profluuium ſiſtunt: aut lulacem, & braſſicæ ſemina & ſcammoniam in vnum miſceto, & potanda exhibeto.

*Ad ſtomachi compreſſionem.* 180.

Accipe gallas tritas, & rhoi flores, aut mali coria, & vſq; ad tertiam partem decocta: aut fœnigræci melli incocti ius potui dato.

*Ad cœliacos, hoc eſt uentriculoſos.* 181.

Naſturtij ſemẽ ĩ nouã ollã conijce, & decoque, deinde ouũ ſeparatim elixa, & eius putamẽ detrahito

trahito, & ipſum diligẽter cõterito, & naſturtij ſemini elixo adijcito, & vnà ſeruefacito', atq; ſi ve E
lit ægrotãs, edito, ſin id nõ poſſit, aquã potato: aut taurinos renes frictos potui dato, aut veterem
caſeũ acri aceto incoctũ ieiuno eſui dato. *Ad urinæ difficultatem.* 182.

Pagurum fluuiatilem conterito, & panniculo expreſſum potui exhibeto: aut fœniculi radices
ad tertiam partem decoctas laboranti propinato.

*Ad exterius prominentes ani tumores.* 183.

Viuã calcẽ & recens arſenicum in vnũ miſta ĩponito. *Ad artuum dolores.* 184.

Quĩqueneruiũ & ſcorpidiũ & acetũ modicũ miſceto', & locũ oblinito: aut ſinapi & caricas in
vnũ conterito, & in balneo ſuperdato. *Ad dolorem genuum.* 185.

Maluam, hordei farinam, lini ſemẽ vnà contere, & in ſartagine cum oleo fricta loco impone.

*Ad oſſa fracta.* 186.

Accipe picẽ, thuris puluerẽ, palmulas, maluæ florem, oui album omnia miſta ĩponito, & ſtupa
ſuperaddita, calamis ac faſcia deligato, ſanabitur. *Ad quartanam.* 187.

Vinum vetus triſaginem incoctam habens ter potui dato.

*Ad morſum ſcorpij.* 188.

Teſtã igne candentẽ impone: aut alã ex melle potui dato: aut humũ reſpiciens, quem lapidem
premebas eum imponito. *Ad ueneficia & præſtigia.* 189. F

Caridion & latum cuminum & zochij radicem ad tertiam partem decoque, & ex vino vete-
re potui da: geſtet & glaneum oſſa. hæc enim ſuffita demonas abigunt.

*Vt mulier concipiat.* 190.

Leporis vterum frige, tritũq; aſſidue propina, habeat autem & leporis ſanguinem: aut vulpis
ſtercus cum ſeuo bubulo miſce, & mulieris viriq; genitalia inunge.

*Ad fœtum in utero mortuum.* 191.

Muliebre lac cũ melle & radicibus amarãthi potui dato, & exibit. *Vt lac abundet.* 192.

Fœniculum & anethum cum melle & vino decoque, & quotidie mãmas obline: lacte mulier
affluet. *Ad uteros.* 193.

Auem iugulato, & feſtucam lineo panniculo inuolutam intra auem condito, atq; ita elixato,
ius potui dato: ſuito vero auis oculos, & manetarem verum, & caridion vre, & propina.

*De inuoluntario mictu.* 194.

Gallinæ gulam gutturi annexam conterito, & vrito, ac iterum diligenter terito, & ex vino ve
tere potui dato. *Ad roborandum penem.* 195. G

Rapi ſemen tritum melli admiſceto, & panniculo attrito illitum peni circundato.

*Ad ſcabiem unguium.* 196.

Sinapi mentamq; ex aceto coctam imponito. *Ad intertrigines.* 197.

Muſcum marinum aquæ marinæ incoquito, & expreſſo humore imponito.

*Ad podagram.* 198.

Accipe myrrham mur vocatam, herbamq; pulicarem, aut pyzurcatum myſtri mẽſura ex ace-
to, pedes illinito. *Ad roborandum ſtomachum.* 199.

Accipe lignum aloes, acorum, cyperum, maſtichem, thus, nigellam, fœniculum, & ſpanthos,
valde conterito, & in vnum corpus redigito, & ex ſucco punici mali & melle ſuper carbones co
cto potui offeras. *Ad ſputum.* 200.

Roſaceum zupha, aut hyſſopi, quod ad tuſſim facit, & anguſtiam & dolorem pectoris, cõpoſi
tio hęc eſt. Accipe manuſiacorum drach. ij. vnapia, vel zinzipha numero viginti, zepiſtania, vel
myxia totidẽ, ficos aſpr. dulces numero. xv. aut dulcem radicem ſemitritã mẽſura drachmæ: chaſ-
chaſis contuſi, vel papaueris capitulorum drach. v. pareſauſa, vel polytrichi. drach. ij. aneſuen vel
dulcis aneſi drach. ij. tolme caraus, vel apij ſeminis drach. ij. vuas paſſas, grana bona logarice. s. H
zupha vel hyſſopi drach. iij. rhazani, vel ſeminis fœniculi drach. duas. vuas paſſas, granaq; miſta
lauato, & emoſchaſum ex aqua refrigera per diem vnum & ſummo mane: vt elixatum cũ prædi-
cto videlicet logaricyon vnc. iiij. & tantiſper decoquatur, donec aquæ remaneat logarica vna &
ſemis: & tunc percoletur, vt certe ſciatur in ipſa nullam remanere materiam, deinde ſacchari loga
ricam vnam addito, vt zulapion fiat: & quotidie vnum potato per dies octo, & oleum amygda-
linum inſtillato. *Ad uomitum biliosum.* 201.

Bilem vomẽtibus huiuſmodi cataplaſma adhibendum eſt, quod ex his conſtat: palmulis, ficis,
gallis in vino aut poſca incoctis & pane exceptis: acacia præterea, hypociſtis, & balauſtia, & rhus
cataplaſmati adijciantur: itẽ cucurbitula magna cũ multa flãma ſtomacho ſi affigatur, bene facit.
cibus paucus & crebro exhibendus eſt. Verũ ad atram bilem vomentes & ſtomachum inflatum
ſpongias aceto acerrimo calido imbutas adhibeto, aut ex ederæ folijs vino incoctis cataplaſma fa
cito. *De ſingultu.* 202.

Singultus aut ex repletione, aut ex inanitate, aut ob acres humores ſtomachũ mordentes ex-
citatur, quibus vomitu reiectis deſinit. pleriq; autem, ſi compoſitione ex tribus piperibus deuo-
rata, mox vinum biberint, ſingultire ſolent, cibo præterea in mordacem qualitatem corrupto q-

A dam ſingultiunt;vomitum ſanè ob plenitudinem,aut morſum ſingultientibus remedio eſſe inue
nimus;caliditatem iјs,qui ex refrigeratiōe:ſi vero ex humorum copia ſingultus fiat, euacuare ve
hementius oportet,id ſternutatio præſtabit:ſed ab euacuatione ſingultus ſternutatio non curat:
ſingultientibus autem ruta ex vino danda eſt,aut nitrum ex mulſa, aut ſeſeli,aut daucum,aut cu-
minum,aut zingiber,aut calamintha,aut nardum gallicū:hæc ſingultibus ex cibi corruptela , aut
ex frigore,aut ex multitudine ciborum auxilia ſunt.ad eos vero,qui ob frigidorum, aut craſſorū
ſuccorum multitudinem ſingultiunt,caſtorium ex poſca potui datum bene facit:cuti quoque ex
oleo vetere cucumerino illitum prodeſt:ſcillinum quoq;,aut mulſum acetum potum iuuat: item
ſpiritus retentio magnifice ſingultum diſcutit.

*Ad pedum intertrimenta,ſciſſuras,& perniones.* 203.

Rubricæ vel ſinopidis, & cimoliæ paribus portionibus ex caprifici ſucco illinito. Aliud.
Ederam,calamintham & ſalem in aqua ſimul incoquito diligenter, ac pedes ſemel atq; iterum la
uato,& ſanitatem recuperant. Aliud. Muriam craſſam calidæ aquæ admiſceto , ex ea pedes
ac perniones foueto. Tertiū,ſal,cuminum,oleumq́; miſceantur , & prius inunctos pedes illinito
curioſe:nam per occultos ſenſibus meatus materia elabitur.

B *Ad podagram.* 204.

Semperuiui ſucco diligenter cocto vtere. Aliud. Vini ſuccum aſinino lacti,ac dulci vino
admiſce,& illine. Aliud. Phocæ,leonis,lupi,aut vulpis corium ſiquis elaboret, & calceos ge
ſtet,pedes non dolebit. Aliud. Veſpertiliones tres aquæ pluuiatili incoquito: deinde hæc
aquæ adijcito lini ſeminis triti vnc.quatuor,oua cruda tria,olei cyathum vnum,bubuli ſtercoris,
ceræ vtriuſque vnc.quatuor . omnia in vnum corpus redacta ſubigito , & cubitum eunti ſemel
atque iterum applicato.

*Aceti ſcillini confectio ex Galeno.* 205.

Salubre optimum acetum ſcillinum à Pythagora ſcribitur, quo omnes imperatores vſi ſunt:
ab ipſius auctore fertur:quicunq; hoc vtantur,longæ vitæ fore , & eius extrema integra vſq; ad
finem permanſura: & ipſe quidem Samius ſenex huiuſmodi extitit. quantum enim temporis vi-
xerit,haud ignoras:de ipſo enim in libro traditum eſt, ꝙ cum ſuis conſanguineis hāc facultatem
cōmunicauit.cūq; hoc medicamento vti incepit,quinquageſimum annum natus erat , & vſq; ad
centeſimumdecimum ſeptimum vitam produxit īteger,& nulla vnquam aduerſa valetudine tē
tatus,hæc ſanè medicamenti author diſſeruit,q fortaſſe vir philoſophus erat mentiri neſcius:nos
C autem viri huius fidei periculum fecimus,ac firmam conſtantemq́; huiuſce medicamenti faculta
tem eſſe teſtamur. Oportet igitur ſcillam montanam libræ vnius pōderis capientem,dura circū-
cidere,& mollia minutatim concidere,et aceti acerrimi ſextarios octo in vitreū vas mittere,atq;
obturare:ac per triginta dies in caniculæ caloribus,vt maceretur permittere , deinde ſcillam ex-
tractam exprime,id genus aceti parum mane ſorbeto.tibi enim hęc euenient,vt ne fauciū oriſq;
partes vnquam remolleſcant;os vētriculi bene valebit;facile ſpiritum duces ; vox recte habebit,
oculi acutiſſime cernent;aures in officio manebunt; nulluſq; flatuoſus vapor in ventre vnquam
excitabitur;nullum viſcus ſuſpenſum erit:bene ſpirans,bene coloratus deges , ad ciuilia negocia
recte affectus;non acidum,non ſalſum ructabis,ſi aliquid aceti huius aſſumpſeris:et ieiunus vt aſ
ſumas præcipio,ſeptemq́; poſtea ſtadios deambules , ita enim diſſoluetur. Hoc aceto qui vtitur,
in victu quāuis licentioſus eſto.omnia enim cibaria conficiet,& à nullo vnquam offenſam patie-
tur,neq; valde implebitur,ſed in melius proficere videbitur ; nihil ſuperuacui in corpore reſide-
bit;non flatus,non bilis,non ſtercus,non vrina,ſed omnia facile excernit atq; educit;aluus lubri-
ca omnino eſt;totiuſq; corporis purgatorium eſt medicamentum,etiā ſi in oſſibus ſordes inhæ-
reant:item phthiſicos ab omnibus deploratos hoc medicamēto ſanitati reſtitutos nouimus;mor
D bo comitiali diuturno efficaciter profuit,vt niſi poſt longa temporis interualla non redierit; inci
pientem vero ac nouum perfecte diſcutit,neq; reuerti amplius hunc affectum permittit : ad po-
dagras præterea,& articulorum morbos,iecoris,lieniſq́; duritias vehementer facit:& particula-
res quidem aceti ſcillini effectus hi ſunt:communes autem quamplurimi , quibus nos cōmoti ſa-
lutare hoc medicamentum ſanitatis integritatiſq́; cauſa tibi tradidimus. Deficit.

*Vini ſcillini compoſitio ex Galeno.* 206.

Vinum hoc potui datum omnem ſanitatem affert.humores enim attenuat,ſed maxime pitui-
tam,neq; ipſam in ſtomacho,aut ventre,aut capite,aut iecore,aut liene,aut neruis, aut oſſibus cō
ſiſtere permittit,neq; alium id genus tenacē humorē obſtructiones facientē,ſed oīa diſſoluit, &
ventrem lenit,atq; ita ſubducit,& vrinā mouet,& ꝑ ipſam cauſas attenuat excernitq́;: adeo vero
caput purgat, vt nares humiditate vacent.cōmodum eſt podagrę,articulari, & comitiali morbo:
deniq; oīs ſanitatis auctor eſt.ex his conſtat,ſcillā albam montanam circiter canis exortū accipito
in libræ pondere,per dies decē in vmbra refrigera : deinde ſcillæ folia refrigerata in vitreum vas
mitte,& vini albi veteris ſextarios duodecim ſuper funde,& ſuſpēſum vas per quadraginta dies
habeto,poſtea ſcillā exime,& abijce,& vino ad antedicta vitia vtere, & eius vim percipies,ſub-
inde ante cibum vini duas vnc.exhibe;ſin à cibo,vnciam mediam.ꝙ ſi ipſum potui commodum

efficere velis, vt magis delectet, mellis ſextarios duos, aut tres admiſceto. E

*Medicamentum, quod manducatum ſtomachi pituitam detrahit, gargarizatum caput purgat.* CAP. 206.

Origanũ, gũmi, hyſſopũ, ſampſucũ, pulegiũ, thymũ, paſſi vncijs. iij. incoqto, donec vna remaneat, & gargarizandũ dato: excutit. n. ẽt pulmonis materias, ſi edat̃: id aũt quotidie facito, probatũ eſt enim.

*Ad urinam reddentes ægre, aut nequaquam.* 207.

Lectuli cimices terito, & vrinarum foramẽ illinito, ſtatim vrina decurret. Id etiam ad pueros mingere nequeuntes benefacit.

*Ad calculoſos, & urinam prouocandam.* 208.

Baccarum lauri, & piperis æquas portiones terito & cribrato, & ex mulſæ menſura vna exhibeto: mulſa vero calida eſto. Aliud lapides atterens, & mulieribus viriſq́ꝫ vrinam prouocans. Lauri corticem aquæ incoque & permiſce, ſorbendumq́ꝫ propinato: vehementer facit.

*Ad ſanguinis mictum.* 209.

Accipe zĩgiberis drach. ij. braſſicę ſeminis drach. iiij. papaueris drachmã ſucco excipe, & globulos facito, laborantiq́ꝫ exhibeto. F

*Ad urinæ ſtillicidium.* 210.

Thymi & fœniculi æquas portiones conterito, & ex aqua temperata calida potui dato.

*Ad dolorem uiæ urinariæ, & difficultatem mictus, atque anhelitus, & ad ſanguineum lotium, & calculum.* 211.

Aſari, myſcos, nardi gallici, æquas portiones accipito, melle attico, cuius ſpuma abiecta ſit, excipito, & dato nucis ponticæ magnitudinem: facit enim etiam ſenes cõualeſcere: quibus effluxus ſiccior eſt, eũq́ꝫ ualidiorem reddi.

*Ad inuoluntarium urinæ exitum.* 212.

Lilij radicẽ elixam potui dato. Alterci quoq́ꝫ ſuccũ aut ſemẽ in vino & lacte maceratum corio cerui includito, & dextro femori appendito, miraberis. Aliud. Apri vngulas vſtas ex vino potui dato: aut galli teſtem vſtum edendum apponito. *Ad inuoluntarium mictum.* Cochleam cum teſta vſtam tritamq́ꝫ ex vino cubitum eunti potui offerto.

*Ad difficultatem urinæ & calculum.* 213.

Lini ſemen, piper, petroſelinum tuſa & creta ex condito accipe cochlearium vnum.

*Ad exterendos calculos expertum.* 214.

Scorpios marinos exiguos tres integros comburito, & cinerem ex condito propinato.

*Ad ſupprimendam aluum.* 215. G

Rhun atq́ꝫ oryzam vino incoque, donec tertia pars remaneat, & per inferiores partes immittẽ: aut vinum auſterum, in quo hirci iecur incoctum ſit, potui dato: aut gallas vſtas bene terito, & ſuillam adipe miſceto, frictaſq́ꝫ ex aceto eſui dato laboranti * piperis drachmam, farinæ lupinorum drachmas tres, mellis ligulam.

*Ad citandum ſudorem, & finiendam febrem.* 216.

Cachryos ſemen ex oleo illitũ, aut pyrethrum ex oleo calefactum & illitum hora vna interuallo poſt acceſſionem.

*Ad canis morſum.* 217.

Vrticę ſemẽ emplaſtri modo ĩpoſitũ, aut nigri marrubij folia ſimiliter, aut apiaſtrum ex vino potum, vel morſibus impoſitum, aut allium illitum, aut aſſum potui eſuiq́ꝫ datum. *Ad morſus canis rabioſi.* Braſſicæ folia cum laſſere ex aceto trita imponito. ꝑ ſe. n. braſſica rabioſi canis morſibus aduerſatur, & ipſius decoctum potui exhibitũ. elixa autẽ braſſica ante alios cibos aſſumpta phthiſicos ſanat; & arteriæ vitia emendat: contrita vero & lieni ſuperdata ipſum conſumit.

*Ad anginam & colli dolorem.* 218.

Alba populus arida, trita, & ex melle illita collo, aut naſturtij ſemen, et columbinum fimum ex melle inſtar cataplaſmatis imponito. H

*Ad internas ani prominentias.* 219.

Amaranthum aqua maceratum mane veſperiq́ꝫ potui dato.

*Ad lienem cataplaſma ualde efficax.* 220.

Inulam, ſinapi, baccas lauri ſm proportionem accipe & tere, deinde nucis nouę corticem parum contundito, mox in pilam coniectum validius terito, & eximẽs aceto acri macerato per triduum, & omnia in vnum redigens cum ſucco tiberiadis vſq́ꝫ ad cataplaſmatis temperaturam decoquito: & lieni ſummo mane per octo dies imponito euacuato prius ventre, atq́ꝫ miraberis.

Aliud ad cõminuendum lienem. Capparis radicum vnc. iij. calcis viuæ vnc. iiij. contuſas cribratas acetoq́ꝫ cõmiſtas imponito non diutius horæ ſpatio, totus lienis abſumit̃. Aliud. Braſſicæ decoctum ſolum ex aceto mulſo ieiuno potui dato: aut rubi radicem vſq́ꝫ ad tertiam partem decoque, & decoctum per triduum dato. Aliud. Corticem nucis ex aceto ac melli incoctã ieiuno propinato: aut ferrum candens in mulſo extinguito, & potui dato: admirabile eſt.

*Ad nigros dentes.* 221.

Palmularum oſſibus maſtiche & melle dentes per ſeptem dies perfricato: & albi redduntur.

*Ad lumbricos alui.* 222.

Lupinos, lauri folia, ac fel bubulum miſce, vmbilico impone: id bene facit.

Ad interiores

A *Ad interiores exterioresq́; ani prominentias.* 223.

Amylũ, picẽ, aquã vnà feruefacito, donec tertia pars remaneat, ac per ſeptem dies potui dato.

*Ad dolorem dentium.* 224.

Vitis racemum capiens in ſartagine frigito cum oleo, auriq́; inſtillato, & conualeſcet.

*Ad hirudines.* 225.

Ariſtolochiam terito, & ſale conſpergito. *Ad calculoſos.* 226.

Lauri baccas piperq́; miſceto æquali, & ex mulſa myſtrũ vnũ dato. Aliud calculos frangens. Lauri corticẽ aquæ incoq̃to, quoad tertia pars ſuꝑſit, & ſorbẽdũ exhibeto. Aliud calculos frangens. Turturis ſtercus vſtũ ex mulſa p̄beto, lapides.n.ꝑ vrinã exturbat. Aliud expꝑtũ ad calculoſos. Struthij, rhu põtici, capparis, ſingulorũ drac. accipito: dato quotidie ex vino albo drach. & ꝑ mictũ ſubſidentiã calculoſam eijciet. Aliud. Origanũ in aqua vſq; ad tertiã decoquito, & decocti cyathum vnum potui dato. *Ad ſtillicidium, & difficultatem urinæ, & primo ad ſtillicidiũ.* 227.

Fœniculi ſeminis, palmarũ thebaicarũ pares portiones cõterito, & ex aqua tẽperata calidas ꝓpinato. *Ad urinæ difficultatẽ & ſtillicidiũ.* Coſti, mellis, aquæ cyathos nouẽ accipe, des potui cratere mercede prius petita. Aliud. Cyperi aſiatici triti cochleariũ vnũ, ex vino meraco, aut ex melle exhibeto. periculũ de ipſo factũ eſt. *Ad urinæ difficultatẽ.* Petroſelinũ macedonicũ terito, &

B ligulã vnã exhibeto. *Ad ſtillicidiũ.* Cucurbitã aridã cõterito, vt farinę iſtar ſit, cuius exiguũ cochleariũ ex aqua potui dato. *Ad mingentes in ſtragulis.* Leporis cerebrũ ex vino ꝓpinato. Aliud. Veſicã aſſam eſui dato per triduũ, aut cyperũ tritũ * potui dato: aut leporis teſticulũ ex vino odorato tepido ꝓpinato. *Ad ſtillicidiũ.* Thus accipe, & in vino diutius feruefacito, propinatoq́; per triduũ * : accipiens raphida marinum piſciculũ comburito, & potui cinerem offerto. *Ad impetigines.* 228.

Cornu ceruini ramenta acerrimo aceto ĩcoquito, vſq; dũ tertia pars remaneat, ex eo illinito.

*Ad feras impetigines.* CAP. 229.

Hordei farinã aceto acri ꝑmiſtã ĩponito: aut haſtulæ regiæ radice ex aceto trita illinito frequẽter: aut lineũ pãniculũ ſuꝑ candẽti ferro cõburito & illinito, aut nucis virentia folia cataplaſmatis modo ĩponito: hoc & ad ſcabiẽ facit. *Ad penis dolorẽ, & inflãnationẽ.* 230.

Cuminum & ouorum putamina bene decoquito, & foueto: effectum miraberis.

*Ad impetigines.* 231.

Allium, & theaphen, aquam & oleum, omnia miſceto, & illinito.

C *Cataplaſma ad uulnera recentia à gladio aut ligno illata,* 232.

Salicis folia trita imponito, & ſanguinem profluentem ſupprimes, & vulnera glutinabis, atq; ſanabis: aut ouillum fimum ex oleo tritum inſtar cataplaſmatis imponito

*Ad perniciosa medicamenta.* 233.

Rutã, ficũ, & nucẽ terito, ac ex vino potionẽ dato: aut fulicæ ſanguis liq̃dus ex oleo potus ſeruat, à potu uenenoſi medicamẽti, & à viperæ morſu liberat. *Ad fluctionem gutturis.* 234.

Nido hirũdinis trito ex aceto illinito. *Ad mammarum mulierum tumores* 235.

Caprinum ſtercus aridum ex vino meraco imponito, inflammationem enim digerit.

*Ad dolorem capitis lupinum.* 236.

Suillum fimum cõburito, & cinerem melli admiſceto, caputq́; raſum inungito, ac ſuper braſſicæ folia dato. *Ad tuſſim, & hecticam febrem.* 237.

Styracẽ & braſſicæ ſuccũ ſimul terito, & fermẽtatos ieiuno, & cubitũ eũti exhibeto: aut laurei olei, & vini generoſi vtriuſq; drach.iij. miſce & calefacias * in balneo interius: & vinũ oleũq́; calidũ tẽperato, & ſtomachũ foueto. Aliud. Lixiuiũ ꝑcolatũ calefacito, & tuſſiẽtis pedes foueto, & ſpõgia deterſos illine, & foue: id vero tuſſibus medeẽ. *Ad tuſſes.* 238.

D Reſinã ex vino vetere tritã ieiuno potui dato & pulegiũ ĩ poſca decoctũ, & beronicẽ cũ melle fermẽtatã eſui dato: aut raphanũ toſtũ mane ac veſperi edẽdũ apponito: aut butyrũ ĩſulſum, quãta eſt nucis auellanæ magnitudo, deuorato. *Ad humores pectore contentos.* 239.

Vrticæ folia cum ptiſana decocta potui dato, bene facit ad inflatiões, & materiam ex pectore euocat. *Ad tuſſes.* 240.

Fœnumgręcũ, quoad tertia pars ſuperſit, decoque, & iuſculũ ſummo mane ex melle exhibe.

*Vt uox canora reddatur.* 241.

Tragacantha vino madefacta & in potum aſſumpta vocem ſplendidam reddit.

*Ad uocem amiſſam.* 242.

Styracẽ terito, & ex aqua globulos amplitudinẽ cicerũ æquãtes cõficito, & tertio cũ dederis, ſtatim loqueẽ: *Vt capilli & barba creſcant, ſi decidunt.* 243.

Betam, & myrteum oleum, & polytrichũ miſceto, capilloſq́; oblinito: aut adiantũ, et ladanum æquis portionibus terito ex ĩmaturo oleo, aut myrteo, aut lentiſcino, & illinito. Aliud. Ladanũ in vinũ aminæũ myrteũq́; oleũ mittito, & terens vtrũq; ad mellis ſpiſſitudinẽ redige: caputq́; in balneo perunge: melius eſt & illud adiantum, quod nõnulli polytrichon vocãt, ſi ſeptima pars ladano addatur, & illinatur. *Ad renes dolentes.* 244.

Cum pulegio farinæ furfures decoquantur, & ius ꝑcoletur, ſpongiaq́; eo imbuta fomẽtũ fiat.

Galeni